* *bibliothec. ebr. part.* II. p. 507. et *part.* IV. p. 225.
** *critic. sacr. veter. testament.* p. 328. addi possunt: CALC *tic. sacr.* p. 373. WALTONVS *adparat. biblic.* p. 298. S *stoire critique du vieux testament libr.* I. *cap.* 26. p. 141. LIS *præfat. ad biblia ebr. cap.* III. *num.* 14.

XXI, 36. 37. in multis editionibus, quemadmodum c[onstat], omissa, retinenda esse: *

OLAVI CELSII disputatio de *masora*, Vpsaliae MDCC[...]

IO. GOD. WERCHAV dissertatio de *ittur sopherim*, [seu] *ablatione scribarum*, Lipsiae MDCCXV.

IO. GOTTL. KALINSKY disputatio de *origine obs[ervatio]num masorethicarum, quas tikkun sopherim, ordination[em scri]barum adpellare solent*, Lipsiae MDCCXV.

IO. HEIMREICHII *gradus atque aditus ad prae[cipua] masorae iudaeorum opera*, Coburgi MDCCXVII. qua dissert[atio]ne postquam nonnulla de ipsa masora dicta sunt, no[tae ma]sorethicae, ad Obadiae vaticinium pertinentes, explicantur.

IO. FRID. COTTAE *exercitatio historico-critica de [ori]gine masorae punctorumque veteris testamenti ebraeo[rum]* cum *Christ. Matth. Pfaffii* praefatione, Tubingae MDCC[...] 4. ** Quemadmodum iam memorati auctores singula scripta vel generatim de masora; vel speciatim de certis capitibus iuris publici fecerunt; ita alii, quum occasio[nem] habuerint, de eadem commentati sunt. Locum in [his te]nent: THEODORIC. HACKSPANIVS, *** BRIAN WALTONVS, * IO. HENRIC. HOTTINGERVS, ** IO. LEVSDENIVS, *** IO. MORINVS, * IO. BENEDIC[T.] CARPZOVIVS, ** RICHARD. SIMON, *** CAMPEG[IVS VI]TR[INGA]

---

* dissertationis huius titulus nomen MOLLERI, tamquam p[rae]side, praefert; tribuitur tamen illa ZELTNERO a WOLFIO [bibl.] *ebr. part.* II. p. 544. et *part.* IV. p. 230. Ita fortasse h[oc intelli]gendum est, ZELTNERVM ab eo, qui respondentis mun[ere fun]ctus sit, rogatum fuisse, vt commentationem hanc conscriberet.

** CLERICI *bibliothequ. ancien. et modern. tom.* XXVIII. p. [...]

*** *commentat. de vsu librorum rabbinic.* quae LIPMANNI [...] adiecta est, p. 297.

* *adparat. biblic.* p. 288.

** *thesaur. philolog.* p. 396.

*** *philolog. ebr.* p. 251.

* *exercitationibus biblicis, exercitat.* XII. seqq.

** *colleg. rabbinic. biblic. ad librum Ruth* p. 30. ac [...] *giam iudaicam*, quam MARTINI *pugioni fidei* p[...]

*** *histoire critique du vieux testament libr.* I. c[...]

tionibus codicis ebræi non penitus consentire cum libris, scriptorum sacrorum manu exaratis. Mirum ipsi vide... quum discrepantes noui testamenti lectiones admit... cur eæ, quæ ad libros veteris testamenti pertineant, ... soleant, vel eo nomine, quia hi longe prius litteris ... dati sint.

Similia scripta critica prodierunt, quæ ad libros noui te-*stamenti* spectant ac varia argumenta complectuntur, sing-lari studio exposita. Primum locum tribuo ingenii m... mentis de ipsa *lingua græca*, ...a auctores librorum ... posterioris vsi sunt. Qualis illius sit ratio, si ea ... cum sermone græco auctorum profanorum conferat... tusque purioris scribendi generis attendatur, ea de re ... doctos viros vehementer disputatum est. Quum ... cendi ratio euangelistarum atque apostolorum ab illa, ... Græciæ scriptores sequuntur quodam modo omnino ... pat, nonnulli dictionem noui testamenti græcam esse ... larem, statuerunt eamque *linguam hellenisticam* adpella... immo adfirmare non dubitarunt, non solum linguam ... hellenisticam; sed exstitisse quoque singularem *gentem hell-enisticam*, eorum nimirum iudæorum, qui extra Palæst... vitam degerint, *ebraistis* in Palæstina oppositi. Repug... runt alii sententiæ huic: orta est controuersia hæcque ... rit scripta vtriusque partis. Prodierunt:

IOACHIMI IVNGII *sententiæ doctissimorum quorun-dam tam veteris; quam recentioris æui scriptorum de ... sacrarum litterarum et præsertim noui testamenti græc... non de hellenistis et hellenistica dialecto*, MDCXXXIX. ... auctoris ac loci mentione, * vbi auctor id egit, vt ... deret, stilum noui testamenti esse hellenisticum. Nact... aduersarium IACOB. GROSSIVM, qui opposuit: *tri... propositionum theologicarum, stilum noui testamenti græ... barbaris criminationibus vindicantium et sententiam ... rum, qui hellenismum propugnant, nihil illius rectitudini ... rogare, ostendentium*, Ienæ MDCXL. 12. Pugnauit ...

* translatæ sunt *sententiæ* hæ in RHENFERDII ... *num de stilo noui testamenti* p. 590.

co, ac pro gente hellenistarum; siue iudæorum extra Palæstinam, qui dialecto hellenistica ita vsi fuerint, vt ... græcis admiscuerint. Nec solum tamen pro opinione ... moratam *exercitationem* scripsit; sed etiam alia, ... *Aristarcho sacro*; *seu ad Nonni in Ioannem metaphrasin ... citationibus* ac *præfatione sacrarum exercitationum in ... testamentum.* Contra sententiam hanc Claudius Salmasius vti iam animaduerti, atque alii, paullo post a me ... di, disputarunt; attamen etiam exstiterunt, qui illam ... cterentur ac defenderent, Hugo Grotius, Ludouicus de Dieu, Richardus Simon aliique, quorum nunc mentionem ...

MARTINI SCHOOCKII *dissertatio de hellenistis et lingua hellenistica*, Vltraiecti MDCXLI. 8. sine auctoris ... edita ac pro Heinsio composita: *

IO. CROII *obseruationes in nouum testamentum*, Ge... MDCXLV. 4. quibus ** de lingua hellenistica ita ... vt se a Heinsii opinione alienum esse; Salmasio ... uere, ostendat. Opposita ei est: *apologia pro Heinsio ... calumnias Croii*, Lugduni Batauorum MDCXLVI. 8.

MATTHAEI COTTERII *exercitationes secundariæ ... lenistis et lingua hellenistica*, Argentorati MDCXLVI. ... bus linguam hellenisticam reiicit, vbi per illam singularis ... ce loquendi genus intelligitur:

PAVLLI SLEVOGTI *dissertatio hellenistica*, qua ... *exemplo maximus linguæ hellenisticæ vsus in interpr... scripturæ ostenditur*: ***

HENRICI KIPPINGII *exercitatio de lingua helleni... stica*: *

SAMVEL. MEVII dissertatio de *lingua hellenistica* ... tembergæ MDCLXI.

* NICERONII *memoires tom.* XII. p. 370.

** *capit.* XXX. seqq.

*** est in eius *disputationibus academicis* p. 9... *lect. philologico-critico-historicis* p. 334.

* exstat itidem in excitatis CRENII *analect...*

cri non aliter potuerint; sed quod aliter noluerint scri-
neque tamen illos barbarismorum ac soloecismorum
sandos esse. Reuerentiam ita quidem Vorstius significat
auctores librorum noui testamenti eorumque scribendi
nus; illum tamen ebraismos praeter rem auxisse iisque
numerasse, quae auctoritatem probatorum scriptorum
corum prae se habent, iam dudum doctissimi viri
uerterunt. HORATIVS VITRINGA, Campegii filius,
posuit: *specimen animaduersionum ad Io. Vorstii philolog.*
sacram, quod LAMBERTVS BOS *obseruationibus*
ad loca quaedam noui foederis adiecit, Franeckerae MDC
In eadem hebraismorum caussa eo, quod nimium
casse videtur THOMAS GATACKERVS dissertatione
lo noui testamenti, paullo post a me vberius enarranda.
his alii plane dissentiunt atque omnem ebraismum
graeci posterioris foederis proscribunt adfirmantque,
nem illius esse purissimam. Id quod postquam HEN-
GVS STEPHANVS *praefatione noui testamenti*, MD
editi, * statuerat, non defuerunt, qui illum sequ
inprimis SEBASTIANVS PFOCHENIVS. Iuris publici
cit: *diatriben de linguae graecae noui testamenti purita-*
quam plurimis, qui vulgo finguntur, ebraismis
bitur et profanos auctores quoque τὸ κατὰ λέξιν ita
quutos, ad oculum demonstratur. Opusculum hoc lucem
spexit Amstelodami MDCXXIX. 8. ibidem MDCXXXIII. 12.
cofurti ad Oderam MDCLXXIX. praeter quas editiones
adducuntur: lipsiensis MDCXXXIII. 12. ** ac vitemberg.
MDCXCI. 4. *** Probare adnisus est Pfochenius
dio, sermonem noui testamenti vere esse graecum;

* iterum illa descripta est in HONERTI *syntagmate dissertationum*
stilo noui testamenti graeco p. 1. confer de ea CRENII *animad-*
sion. philologicar. et historicar. part. 1. p. 3.

** editionem hanc memorat LE LONG *bibliothec. sacr. tom.* II.
scripsisse autem videtur Lipsiam pro Amstelodam
secunda libri huius editio prodiit.

*** exstat *diatribe* haec etiam in RHENFER-
tionum de stilo noui testamenti p. 145. V
bibliotheque critique tom. IV. p. 131.

maxime pura dicendi ratione auctorum græcorum discrepare; hanc autem ob caussam in libris noui fœderis nullos esse ebraismos. Sed tamen non omnibus satisfecit ac multa aliis reliquit, quæ emendanda sunt. Pauca loca ab ebraismis vindicat ipsasque vindicias non satis comprobat atque adfert testimonia scriptorum græcorum, qui mediocri pollent auctoritate. THOMAS GATACKERVS opposuit ei *dissertationem de noui testamenti stilo*, Londini MDCXLVIII. 4. * non ea autem cautione, qua debebat, contra aduersarium disputauit. Quum enim ab vna extremitate sibi cauere studuit, in alteram, quemadmodum fieri solet, delapsus est, quæ hac in re nimio ebraismorum numero absoluitur. Adiunxit se quoque ad eos, qui contra Pfochenium pugnarunt, MOSES SOLANVS atque aduersus illum dissertationem scripsit de *stilo noui testamenti.* ** At vero in eorum censum, qui codicem græcum fœderis posterioris ebraismorum expertem esse, pronuntiant, referendus inprimis est: CHRISTIANVS SIGISMVNDVS GEORGIVS. Edidit ille: *vindiciarum noui testamenti ab ebraismis libros tres, quibus quidquid ebraismi a Thoma Gatackero, Io. Vorstio, Io. Oleario, reliquis græcæ noui fœderis dictioni est adfictum, tum argumentis; tum testimoniis, ex probatissima antiquitate græca erutis, diluitur*, Francofurti et Lipsiæ MDCCXXXII. 4. *** hocque libro eruditionem, ingenium litteris græcis non mediocriter excultum monstrauit ac multis scripturæ sacræ locis apte ac feliciter lucem adtulit; in euangelistarum autem atque apostolorum oratione græca nullum inesse ebraismum, difficulter omnibus, mea quidem sententia, persuadebit. Transtulit quoque GEORGIVS ad vsum publicum aliud doctissimum opus, cuius inscriptio est: *hierocriticus noui testamenti; siue de stilo noui testamenti libri tres, quibus dialectus*

* quæ inuenitur quoque in eius *operibus criticis*, Traiecti ad Rhenum MDCXCVIII. fol. editis, p. 1.

** locum illa obtinuit in RHENFERDII *syntagmate dissertationum de stilo noui testamenti* p. 261.

*** *samlung von alten vnd neuen theolog. sachen*, 1732. p. 167. 1733. p. 795. COLERI *auserlesene theolog. bibliothec volum.* VI. p. 1138. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 247.

etus noui fœderis attica a Phrynichii, Thomæ magistri, Claudii Salmasii, Georgii Pasoris, Caspar. Wyssii, Io. Leusdenii, Olearii, reliquorum deprauationibus liberatur atque ab atticismis, ionismis, dorismis, æolismis, bœotismis, syrochaldaismis, rabbinismis et persismis vindicatur, Vitembergæ et Lipsiæ MDCCXXXIII. 4. Accessit eiusdem *hierocritici noui* [illegible] *pars secunda*; *siue controuersiarum de latinismis noui testamenti libri tres*, Vitembergæ et Lipsiæ MDCCXXXIII. 4. de qua postea plura dicam, quando scripta de latinismis noui testamenti sigillatim a me percensenda sunt.

Si per linguam hellenisticam non alia intelligitur, quam lingua græca, cui admixti sunt ebraismi, quo minus [illegible] græca librorum noui fœderis *hellenistica* adpellari possit, nihil impedit, quum de dignitate græcæ linguæ sacræ nihil detrahitur, vbi quis ob ebraismos tantum illam velit *hellenisticam* vocare. Attamen fuerunt, qui nomine linguæ *hellenisticæ* linguam græcam, non solum *ebraismis*; verum etiam *barbarismis* ac *solœcismis* corruptam, designarent; [illegible] tem animum, erga scripta diuina profanum; nec religionis saltem ignorantiam proderent. Sane barbarismus ac solœcismus non leuiora sunt sermonis vitia, ac quando illa euangelistis atque apostolis, adflatu atque instinctu cælesti scribentibus, obiiciuntur, adcusatio hæc in ipsum spiritum sanctum fit. Recte igitur doctissimi viri hostibus his textus sacri restiterunt. Princeps eorum est: BALTHASAR STOLBERGIVS, qui edidit: *exercitationes de solœcismis et barbarismis, græcæ noui fœderis dictioni falso tributis, ut et de cilicismis aliisque a Paullo noue vsurpatis, quibus varia scripturæ sacræ noui testamenti loca explicantur et illustrantur*, Vitembergæ MDCLXXXI. 4. ** iterum ibidem MDCLXXX[illegible]. 4. cum *Conrad. Samuel. Schurzfleischii* præfatione ac quibusdam, quæ accesserunt, auctoris disputationibus antiquis [illegible]

* *nouor. actor. eruditor. supplement. tom.* I. p. 87. COLERI *auserlesene theologische bibliothec vol.* VI. p. 1141. *fa*[illegible] *neuen theolog sachen*, 1733. p. 1019. LILIEN[illegible] *bibliothec* p. 248.

** *acta eruditor.* MDCLXXXII. p. 69.

ac philologiae egregiis. Praeter duas has editiones, tertia memoratur, Vitembergae MDCLXXXVIII. 4. Libro ipso Stolbergius erudite ac grauiter ostendit, dictioni graecae codicis sacri nequiter ac praue barbarismos ac soloecismos tribui; simulque in Hieronymi sententiam, Paullum cilicismis vsum esse, inquirit. Ad idem argumentum explanandum contulit se IO. CONRADVS SCHWARZIVS in opusculo, cuius titulus est: *soloecismi discipulorum iesu christi per amorem veritatis diuinae, a Luthero restitutae antiquitati*, Coburgi MDCCXXX. 4. * quo postquam multa de soloecismo eiusque natura generatim tradiderat, scriptores sacros contra falsam vitii huius criminationem defendit. Ad locum hunc referri etiam possunt: IO. ERICI OSTERMANNI *positiones philologicae, graecum noui testamenti contextum concernentes*, tribus dissertationibus defensae, Vitembergae MDCXLIX. ** atque ad id compositae, vt vindicias vere graeci sermonis noui testamenti exhiberent. Nec omitto GEORG. GVIL. KIRCHMAIERI *noui foederis graeci defensionem a soloecismis, barbarismis, ebraismis*, Vitembergae MDCCXXXII. 4. ac LAVRENTII MVLLERI dissertationem de *stilo idiotico, scriptoribus noui foederibus, praecipue Paullo a criticis adficto*, Schleusingae MDCCXVIII. qua contra Salmasii ac Clerici sententiam disputatur, scriptorum noui testamenti, speciatim Paulli stilum esse idioticum, id est, plane vulgarem, plebeium, humilem, vitiorum non expertem. Praeterea spectat huc controuersia, quae inter TAC. HAI. VAN DEN HONERT et ELIAM BENOIST de eadem re orta est. Ille; siue HONERTVS scripserat *epistolam de stilo noui testamenti graeco ad Abr. Boddens*, MDCCI. suamque sententiam de euangelistarum atque apostolorum scribendi genere ita declarauerat, vt statueret, illud, si ebraismi, quibus scriptores hi tanquam vocabulis artis vsi fuerint, excipiantur, cum stilo Demosthenis, Aeschinis, Xenophontis de maiestate atque efficacitate; de puritate autem cum scriptorum graecorum, apostolorum tempore celebrium, dictione

* *acta eruditor.* MDCCXXXI. p. 105. *samlung von alten vnd neuen theolog. sachen*, 1733. p. 782.

** CRENIVS transtulit *positiones* has in *exercitation. philologico-historicar. fasc.* II. p. 485. ac nonnullis notis illustrauit.

ctione certare posse; nec ebraismos barbarismis vi
adnumerandos esse. Quaedam, ab Honerto dicta,
trahebat ad se, tamquam iniuriosa, quumque haec de
postulare, ipsi viderentur, in lucem emisit: *
stulationem aduersus epistolam Taco Haio van den
stilo noui testamenti, Delphis MDCCIII. 4. * eaqu
re non dubitauit, scriptores foederis posterioris sacr
tos esse dicendi rationem plebeiam: minime cura
gantias ac flosculos sermonis adhiberent; nec re
libris his diuinis debitam, violari, si tribuantur il
rismi. Aduersario suo HONERTVS opposuit: *st*
testamenti graecum, a barbarismis et sermonis vitiis,
ab Elia Benoist adfictis, vindicatum, Amstelodami MD
quo libro auctor de lingua hellenistica disserit: stil
testamenti graecum, vt castum defendit: multa il
explicat atque apostoli Paulli locum inter graece do
tuetur. **

Num in scriptis foederis noui *latinismi* sint? qu
quae in disceptationem venit. Occasionem litis hui
buit IO. ERHARD. KAPPII dissertatio de *noui foede*
ci latinismis, merito ac falso suspectis, Lipsiae MDCCXX
quum animaduersio in CHRISTIANVM SIGISMV
GEORGIVM, tamquam imprudentem impudentemq
minem, adhibita fuisset, hic, vt nomini atque exist
suae consuleret, in lucem protulit dissertationem de *lat*
graeca noui foederis dictioni immerito adfictis, Vite
MDCCXXXI. Ad eam mox sequuta est responsio,
SIGISMVNDO FRIDERIC. DRESIGIO, qui mem
KAPPII disputationem, illius praesidio instructus, d
rat. Iuris publici enim is fecit: *vindicias dissertati*
noui foederis graeci latinismis, merito et falso suspectis, L
MDCCXXXII. GEORGIVS autem minus tacuit; sed
sam suam egit in *apologia dissertationis de latinismis g*
noui foederis dictioni immerito adfictis. Qua luci pr

* *acta erudit*or. MDCCIV. p. 164.

** locum habet liber hic vna cum antea memorata *epistola* H
NERTI *syntagmat. dissertation. de stilo noui testamenti graeco*
et 135.

, DRESIGIVS in certamine itidem progressus est at-
dit: *vindicias dissertationis de noui fœderis græci la-
merito et falso suspectis a nupera apologia adsertas.*
illis GEORGIVS, nec solum *apologiam dissertationis
suis græcæ noui fœderis dictioni immerito adfictis vin-
i*, scripsit; sed etiam omnes vtriusque partis com-
ones, quas nunc enumeraui, coniunctim ad vsum
ic publicum hocque volumen sub titulo: *hierocritici
leris pars secunda*; *siue controuersiarum de latinismis
lamenti libri tres*, Vitembergæ MDCCXXXIII. 4. euul-
Quodsi ratio latinismorum recte explicatur ac iu-
rum adhibetur modus, mea opinione illi dignitatem
s dictionis græcæ haud imminuunt, qui in libris fœ-
osterioris latinismos inesse, adfirmant.

po ad scripta de *stilo noui testamenti*. Iam commemo-
genii monimenta ad stilum quidem hunc pertinent;
iutem ibi certa tantum illius capita pertractantur ex-
e alia, quibus maxime de euangelistarum et aposto-
dicendi genere generatim expositum est, etiam hæc
i debent. Spectant huc primum duo volumina, qui-
ria scripta doctissimorum virorum de stilo noui
nti exhibentur. Alterum est:

COBI RHENFERDII *dissertationum philologico-theo-
um de stilo noui testamenti syntagma*, Leouardiæ
II. 4. * Continentur illo: I) IO. OLEARII *disser-
philologico-theologica de stilo noui testamenti*, de qua
sigillatim differere, mihi animus est: II) IO. HEN-
BOECLERI *breuis dissertatio de lingua noui testamenti
ali*, quæ Argentorati MDCXLII. publicæ disquisitioni
ssa fuit: ** III) SEBASTIANI PFOCHENII *diatri-
lingua græca noui testamenti puritate*, quam antea re-
censui:

---

rtationes, quas syntagma hoc complectitur, recensentur in
eruditorum MDCCII p. 68. FABRICII *bibliotheca græca* vo-
III. p. 224. RVMPAEI *commentat. critica ad libros noui testa-
i* p. 65. PFAFFII *notis in euangelium Matthæi* p. 29. adde:
INTHALII *exegetische bibliothec* p. 241.

etur illa etiam in BOECLERI *operum*, quæ Argentorati
CXII. prodierunt, *tomo* II. p. 354.

censui : IV) IO. COCCEII *stricturæ in Sebastiani Pfochenii diatriben de puritate linguæ græcæ noui testamenti*, contra Pfochenium, quæ antea haud editæ fuerant : V) BALTHASARIS BEBELII *exercitatio philologica de phrasi noui testamenti*, quæ Vitembergæ MDCLIX. prodiit : VI) MO. SOLANI *dissertatio philologica de stilo noui testamenti contra Sebastianum Pfochenium*, quam ille in certamine litterario Rhenferdii præsidio defendit : VII) MARTINI PETRI CHITOMAEI *græco - barbara noui testamenti, quæ orienti originem debent*, iam edita Amstelodami MDCXLIX. 12. VIII) IO. HENRICI HOTTIN[GE]RI *dissertatio de vsu scripturum ebraicorum in nouo testamento*: IX) IO. LEVSDENII *dissertationes philologicæ de dialectis noui testamenti in genere et in specie, vt de ebraismis noui testamenti* : * X) IO. VORSTII *diatriba de adagi[is] noui testamenti*, quam post cum aliis adagiorum sacro[ru]m libris enarrabo : XI) ANDREAE KESLERI *dissertatio theologica de dictorum veteris testamenti allegatione in nouo*, cuius itidem vberiorem notitiam suppeditandi, habebo occasionem : XII) *de stilo sacrorum litterarum et præsertim noui testamenti græci; nec non de hellenistis et hellenistica dialecto doctissimorum quorundam tam veteris ; quam recentioris æui scriptorum sententiæ*, a Ioachimo Iungio collectæ et a me vna cum controuersia, quæ de illis orta est, iam memoratæ. Omnibus his scriptis RHENFERDIVS *dissertationes de seculo futuro* ** adiecit. Quas collegit, ipsæ commentationes ex consilio illius præcipue ad id spectare debent, vt ebraismos esse in noui fœderis libris, comprobent. Alterum volumen est :

TAC. HAI. VAN DEN HONERT *syntagma dissertationum de stilo noui testamenti græco*, Amstelodami MDCCIII. 4. *** Exh...

* sumtæ sunt ex eius *philologo ebræo-græco* p. 83. seqq.

** sunt duæ dissertationes, quibus etiam locus tributus est in RHENFERDII *operibus philologicis*, Traiecti ad Rhenum MDCCXXII. 4. editis, p. 34.

*** *acta eruditorum* MDCCII. p. 519. *histoire de*[s ...] MDCCII. p. 223. 395. MDCCIII. p. 344. F[...] *græc. volum.* III. p. 225. RVMPAEI *comm*[...]

ne septuaginta interpretum ac nonnullis noui fœderis ta-
bismis: deinde notas adscripsit iisque maxime in loque-
modos inquisiuit, qui vel ad latinæ; vel ebrææ; vel alia-
linguarum rationes conformati esse dicuntur, atque elega-
tiam dignitatemque stili græci auctorum sacrorum defend-
Liber ipse Olearii merito laudatur seque adparatu erudition-
copia exemplorum, perspicuitate, adcuratiori ordine iis m-
tum commendat, qui ingenia sua in philologiæ sacræ, pr-
sertim noui testamenti, litteris exercent. Reliquisse tam-
Olearium aliis, quæ vel emendari possent; vel augeri, n-
diffiteri licet:

SAMVELIS WERENFELSI dissertatio de *stilo scripto-
rum noui testamenti*, Basileæ MDCXCVIII. * qua illa affir-
mat ac probare adnititur, præter ebraismos, multa alia e-
singularia linguæ græcæ librorum noui fœderis: scripto-
illorum sermonis græci genium, castitatem ac grammatico-
rum leges interdum neglexisse; nec multum curasse illo-
rum ornatum atque eloquentiam:

ANTONII BLACKWALLI *auctores classici sacri defensi
et illustrati*, duobus voluminibus, quorum prius Londini
MDCCXXVII. 8. posterius ibidem MDCCXXXI. 8. anglice lu-
cem vidit. ** Opus est eruditum et vtile. Quæ volumine
priori continentur, ea maxime ad græcæ linguæ rationem
noui testamenti atque ad stilum scriptorum illius sacrorum
pertinent, ita exposita, vt ostendatur, dicendi genus horum
librorum esse vere græcum, purum atque elegans. Ebrais-
mos in libris his sanctioribus inueniri, auctor haud neg-
illos autem non inter vitia; sed decora numerandos d-
statuit. De solœcismis iudicat, eos, qui tales videa-
non autem re ipsa sint, in iisdem esse scriptis hæcque om-
stili politioris atque eloquentiæ virtutibus se commend-
monstrat. Volumen *posterius* præter alia, complectitur di-
sertationem de falsa diuisione capitum ac versuum deque v-
tiosis versionibus codicis diuini atque explanationem de v-

* locum obtinuit in eiusdem *opusculoru*
MDCCXXXIX. 4. prodierunt, *tomo* I. p. 311.

** *acta erudítor.* MDCCXXIX. p. 158. MDCC

tum hancque ob caussam emendandum atque corrigen
Multæ scripturæ adnumerantur lectionibus his, quæ re ip
les haberi non debent sique et aliæ inter se omnino d
sæ sint, facile veras ac falsas discernere possumus; aut
mus, duas lectiones ita esse comparatas, vt neutra te
verborum sententiam peruertat. De *variis* his *lectionibu*
ui testamenti, de earum origine ac ratione sæpe ac m
a doctis viris disceptatum fuit ac scripta singularia de
dem in lucem prodierunt. Sunt illa:

IO. SAVBERTI *variæ lectiones textus græci euangelii M*
thæi, ex plurimis impressis et manuscriptis codicibus col
Helmstadii MDCLXXII. 4.* quem librum eam ob caussam h
refero, quia illi præmissa est: *epicrisis de origine, a*
et vsu variarum noui testamenti lectionum græcarum
genere:

ADAMI RECHENBERGII dissertatio de *variantibus*
cis noui testamenti lectionibus, Lipsiæ MDCXC.
sunt capita eorumque *primo* auctor inquirit in caussas
rum discrepantium lectionum: *secundo* diuidit illas in
tuor classes ac præcipuas enumerat; *tertio* autem
quæstionem: vnde vera ac germana lectio sit cognoscenda.**

CHRISTOPHORI MATTH. PFAFFII *dissertatio*
de genuinis librorum noui testamenti lectionibus, ope
quorundam criticorum feliciter indagandis et a spuriis
nendis, vbi et inter alia de Io. Millii collectione variarum
ui testamenti lectionum modeste differitur, Amstel
MDCCIX. 8. *** Multa ab auctore tradita sunt erudite

---

* SIMONIS *bibliothequ. critiqu. tom.* III. p. 311. FABRICII
bibliothec. part. V. p. 342. MILLII *prolegomen. noui testam.*
p. 152. vbi *Saubertus* vitiose *Salbertus* adpellatur: REIM
catalog. bibliothec. theolog. p. 626. et *accession. ad catalogum*
p. 455.

** exstat etiam in eius *exercitationib. in nou. testam. histor. eccles.*
et litterar. p. 33.

*** BERNARDI *nouuelles de la republique des*
p. 81. *ausfuhrlicher bericht von neuen büch*
THALII *exegetische bibliothec* p. 419. REIMM

sionibus antiquis deque patribus, ex quibus illæ colligunt. Adiungo scripta quædam, quæ licet non de ipsis lectioni[bus] noui testamenti discrepantibus exponant; materiam tam[en] ad argumentum de illis vberius enarrandum suppedit[ant]. Generis huius sunt: CAST. INNOCENT. ANSALDI de a[u]*thenticis sacrarum scripturarum apud sanctos patres lectio[ni]bus libri duo*, Veronæ MDCCXLVIII. 4. vbi aduersus [eos] disputatur, qui existimant, antiquiores christianorum doc[to]res dicta scripturæ sacræ non adcurate ipsis verbis, qu[ibus] illa in codice diuino scripta sunt; sed libere eaque ra[tione], qua ea habuerint cognita, recitasse, atque adfirmatur, ex patrum ecclesiæ monimentis; sed diuersis bi[bliorum] editionibus ac versionibus ortas esse noui fœderis [varias] lectiones. Licebit et ad locum hunc quodam modo [re]ferre: IO. ALBERTI BENGELII *tractationem de [sinceri]tate noui testamenti græci tuenda, cum adspersis hic et [ibi] ab editore Christiano Benedicto Michaelis adnotationibus*, [Ha]lae MDCCL. 4. * Hæreticos veteres libros noui testamenti co[r]rupisse atque itidem occasionem variarum lectionum pr[æ]buisse, plerique statuunt ac consuli possunt, quæ [præter] alios, BARTHOLOMAEVS GERMON libro de *veteri[bus] hæ[reticis], ecclesiasticorum codicum corruptoribus*, Pa[risiis] MDCCXIII. 8. ac PETRVS COVSTANT in *vindiciis [vete]rum codicum confirmatis*, Parisiis MDCCXV. 8. ita com[mu]tati sunt, vt ille ** multa exempla adferat, quæ co[ntra]bent, hæreticos antiquioris ecclesiæ omnino codices [sa]cros noui fœderis adulterasse; hic autem *** contra Germon[ium] ostendere adnitatur, non omnibus hoc iure obiici posse. [Q]ui in colligendis lectionibus discrepantibus studium operam posuerunt ac cum illis libros noui testamenti ediderunt, [ea] supra enarraui. Oblata occasione de iisdem differuerunt RICHA[RD]

* KRAFTII *theolog. bibliothec vol.* IV. p. 919. Translata est [men]*tio* hæc in BENGELII *adparatus critici*, a [illegible] *quartam*, quod iam antea memoraui.

** *libr.* I. *part.* I. p. 18. seqq.

*** *part.* II. p. 50.

ARD. SIMON,* IO. HENRICVS MAIVS,** IO. AL-
VS FABRICIVS,*** IO. MILLIVS, * GERHARDVS
MASTRICHT, ** ANTON. BLACKWALLVS, ***
S WESSELVS RVMPAEVS. *

interpunctionibus librorum noui testamenti graeci ea-
e origine atque antiquitate eruditissimi viri diuersa
it, quum alii illis auctoritatem diuinam tribuunt sibi-
ersuadent, ipsos euangelistas atque apostolos libros
im signis his scripsisse; alii autem, grauioribus argu-
muniti, recte hoc negant meritoque statuunt, inter-
ines ab hominibus inuentas esse. Prodierunt de illis
res quaedam commentationes: IO. CHR. HERTZO-
: *interpunctionum positu, praesertim in epistola ad Ro-*
Lipsiae MDCCVII. AVG. BISCHOFFII de *interpun-*
is noui testamenti, Ienae MDCCVIII. GEORG. FRIDE-
OGALLII de *auctoritate et antiquitate interpunctio-*
uo testamento, quam dissertationem post auctoris
ı *Dan. Saltbenius* in lucem emisit, Regiomonti
XXIV.** CHRISTOPHOR. WOLLII *quadriga dicto-*
ui testamenti, ab interpunctionibus nouis vindicatorum,
MDCCXXV.

ımode et huc referri possunt commentationes, qui-
noui testamenti librorum *distinctionibus in capita et*
ingulari studio disputatum est, vti sunt: IOACHIMI
ERBEINII de *distinctione noui testamenti in capita*
ulos, Vitembergae MDCLXXXVIII. CHR. FR. SINNE-

critique du texte du nouueau testament cap. XXIX. p. 336.
:XII. p. 392.
ue Simonis histor. critic. textus noui testamenti p. 392.
thec. graec. volum. III. p. 180.
menis in nouum testamentum, variis eorum locis.
omenis noui testamenti graeci, ab eo editi, Amstelodami
:I. 8. p. 17. 49.
rum classicorum sacrorum volumine II. *part.* 3. p. 217.
r. critic. ad libros noui testamenti in genere p. 291.
g von alten vnd neuen theolog. sachen, 1735. p. 769. Contra
ı sententiam, interpunctiones noui testamenti esse diui-
oritatis, vtpote quibus ipsi scriptores sacri vsi fuerint, dis-
IOFMANNVS *notis ad Pritii introductionem in lectionem no-*
menti p. 358.

RI de *distinctionibus textus noui testamenti in e* *sus, puncta, commata et cola,* Lipsiæ MDCXCIV. S adhuc commemoraui, ad criticam sacram noui fe que singularia argumenta pertinent; generatim au illustrata est in IO. CHRISTIANI KLEMMII *pr tica sacra noui testamenti,* Tubingæ MDCCXLVI. HERMANNI AB ELSWICH *recentiorum in noua tum critica,* Vitembergæ MDCCXI.

§. VI.

Quæ adhuc enarrata sunt, scripta phil criticæ sacræ præcipue ad ipsum sermonem vtri dicis, ebræi ac græci, eiusque rationem specta alia, itidem quidem philologica; ab istis aut uersa, vt speciatim ad voces, dictiones ac m bendi singulares, figuras, quemadmodum ad grammaticas pertineant. De quibus omnibus c diti viri haud consentiunt ac nonnulla dicen ab aliis defenduntur; ab aliis minus admittun pter discrepantes sententias has exstant varior menta ingenii, quæ inter se differunt.

Duæ classes scriptorum, quæ nunc commemor ordinis caussa constitui possunt. Ad *priorem* e esse, existimo, quibus de varia eaque partim sing in omni sermone vsitata; partim scripturæ sacræ cendi ratione expositum est. Spectant huc: *emp* rum numerum quum alii nimis augent; alii v nuunt, scripta de illis cum iudicio legi debent atq extremitas deuitanda est. Prodierunt:

AVGVSTI HERMANNI FRANCKII disserta *phasibus scripturæ,* Halæ MDCXCVIII.

THEODOR. DASSOVII disputationes tres de *crarum vocum, ex veteri historia Ebræorum repet* nii MDCCII. MDCCIV. qui argumentum hoc dil feliciter persequutus est:

GEORGII WILLII *promptuarium emphasium veteris et noui testamenti; oder vorraths-kammer nemsten in alten und neuen testamente befindlichen*

iecbifcben kraftwörter, Dresdæ MDCCX. 4. liber ex , Scriueri, Geieri, Carpzouiorum, Lucii, Gleichii, liorum theologorum ſcriptis ac ſermonibus ſacris ſine dectu congeſtus:

. NATHAN. HVBNERI *analecta emphaſium biblica-* resdæ MDCCXII. 8. eiusdem *fortgeſetzte anmerkun- r die emphaſes biblicas noui teſtamenti*, Quedlinburgi VI. 8. quibus libellis voces græcæ librorum poſte- œderis, cum ſingulari ſignificandi vi coniunctæ, or- trarum germanice; vel latine explicantur. De omni- ias auctor adtulit, non licet adfirmari, eas omnino haticas:

ICISCI IVLII LVTKENII *collegium emphaſialogi- u tractatio de emphaſibus ſacræ ſcripturæ*, quod poſt mortem *Henr. Ludouic. Goetten* ex manuſcripto a cum eiusdem iudicio de *gratiæ reuocatricis ter- is* publici fecit ac præter quasdam adnotationes, præ- i de incrementis ſtudii exegetici addidit, Gardelegiæ CVIII. 4. * Quod opuſculum, quum illud Lutkenius d in lucem protulit, non ſatis quidem elaboratum ita tamen eo vtiliter dicta ſunt. Agitur cum gene- emphaſibus variique modi, illas inueſtigandi, ex- ur; tum ſpeciatim de emphaſibus caſuum, pronomi- opoſitionum, aduerbiorum, phraſium, pleonaſmi, el- contrariorum atque aliis generibus.

i in ſcripturis ſacris *hyperbolæ* ſint; nec ne? de eo eſt eruditorum virorum, quorum alii illas proſcri- lii autem defendunt. Edidit DANIEL GERDE- *ſperas vadenſes; ſiue diatribas theologico-philologicas rbolis, ex ſcriptura ſacra eliminandis*, Traiecti ad i MDCCXXVII. 4. ** Eamdem ſententiam amplexus ENT. ERNEST. LOESCHERVS ac contra hyperbo-

 las

RI *auserleſene theolog. bibliothec vol.* III. p. 690. *ſamlung n vnd neuen theolog. ſachen*, 1729. p. 656. 1730. p. 1249.

il literair. part. XIV. p. 253. *ſamlung von alten vnd neuen ſachen*, 1729. p. 227. 1731. p. 754. COLERI *auserleſene theo- iothec volum.* III. p. 899.

las codicis diuini disputauit in *disquisitione, qua ostendit hyperbolas in verbis dei nullas contineri.* * Contra vtrum pugnat CHRISTOPHOR. AVG. HEVMANNVS ** sunt et alii, qui dissentiunt existimantque, hyperbolas scripturae sacrae non penitus reiiciendas esse. *** Id quod et mea sententia adfirmari potest, si voci *hyperboles* ea significationis vis tribuatur, vt haud vitiosi quid sibi coniunctum habeat; ita autem concertatio fit non tam de re; quam de vocabulo.

Inter virtutes, quas stilus sacrarum litterarum habet, verecundia ac castitas locum tenet. Dicitur illa *euphemismus*, de quo expositum est commentationibus: CHR. WOLFII de *vsu et abusu euphemismi sacri*, Lipsiae MDCCXXXII. CONRAD. SAMVEL. SCHVRZFLEISCHII de *euphemismo Paullino*, Vitembergae MDCLXXXV.

Nota quoque est codicis sacri *anthropopathia*; siue dicendi genus, quo res creaturarum, praesertim hominum propriae ad deum diuinaque propter similitudinem transferuntur. Quo spectant: IO. CHR. BECMANNI dissertatio de *anthropopathia stili sacri*, Francofurti ad Viadr. MDCC... ac HERMANN. CHR. ENGELKENII disputatio: *an anthropopathiae sint vestigia gentilismi*, quam ille, praesidio ...*storpii* instructus, defendit, Rostochii MDCCX.

Praebent scripturae sacrae exempla *paronomasiae*, ... est, eius figurae, qua dictiones, vel litteris; vel syllabis ...uersae, iucunda quadam allusione inter se conueniunt. ...stat CHR. BENEDICT. MICHAELIS dissertatio de *paronomasia sacra*, Halae MDCCXXXVII.

In libris diuinioribus esse *antiphrasin*, plurimi sibi persuadent, in opinionem adducti, vbi illa admittatur, varias sermonis sacri difficultates tolli posse; alii autem eam penitus repudiant, quam in rem legenda est: PAVLLI BE... dissertatio de *antiphrasi scripturae sacrae*, Vitembergae M...

* quae est in eius *stromat. siue dissertationibus f... menti* p. I.

** in *poecile tom.* III. *libr.* I. p. 34. et *libr.* I...

*** ita sentiunt auctores *musaei bremensis part.*

Vtuntur scriptores sacri vocibus, rerum diuiniorum ac doctrinae christianae propriis; siue vti adpellantur, *terminis technicis*. De iis TOBIAS ECKHARDVS singularem librum elegantem atque eruditum sub titulo: *technica sacra*, Quedlinburgi MDCCXVI. 4. in lucem emisit. * Constat ille sex capitibus auctorque disserit eorum *primo* de ortu et progressu verborum artis: *secundo* de ortu et progressu verborum artis sacrorum: *tertio* de mysticis vocabulis; seu technicis sacris: *quarto* de nouis in nouo foedere verbis: *quinto* de ratione interpretandi verba sacra et mystica ac *sexto* de verbis, ab ecclesia sensibus sacris adcommodatis. Praeter princeps argumentum, explanat varias quaestiones: de linguis apostolorum: num omnes graece scripserint? qualis sit stilus noui testamenti? atque alias. Quamuis inscriptio: *technica sacra*, significare videatur, spectare illa ad vniuersum codicem sacrum, vtriusque foederis; graeci tamen tantum termini exponuntur.

Qualis sit *parenthesium* scripturae ratio, singulari studio monstrauit: CHRISTOPHORVS WOLLIVS *commentatione philologica de parenthesi sacra*, Lipsiae MDCCXXVI. 4. ** qua non solum parentheseos huius natura, species, caussae, criteria atque alia rei huius capita explicantur; sed canones etiam exhibentur, vna cum exemplis, ex vtriusque foederis codice sumtis. Additae sunt duae dissertationes: altera de vsu et abusu ἀυξήσεως nominum diuinorum sacrae: altera de loco Dan, *genes.* XIV, 14. contra Spinozam. Praefationem *Christian. Frideric. Boernerus* praemisit. Idem argumentum enarrauit IO. FRIDER. HIRT dissertatione *de parenthesi et generatim et speciatim sacra*, Ienae MDCCXLV. ***

Ad classem *posteriorem* pertinent scripta de figuris, vti vocantur, grammaticis, quibus auctores librorum diuinorum

 vsi

* *acta eruditor.* MDCCXVI. p. 73. *vnschuldig. nachrichten*, 1716. p. 1044.

** *acta eruditor.* MDCCXXVI. p. 408. *samlung von alten und neuen theol. sachen*, 1727. p 144. COLERI *auserlesene theolog. bibliothec* volum. II. p. 707. REIMMANNI *catalog. bibliothec. theolog.* p. 613.

*** *nachrichten von den neuesten theologisch. buchern* volum. IV. p. 188.

voluit, *antiquissimam patriarcharum historiam ellipsibus* Vitembergæ MDCCXXIX. *ellipses ex historia israelis* *litarum ante legem, solenniter promulgatam, eiicienda* eodem loco atque anno: *sermonem ellipticum israe* *aliis populis separati, non adesse*, Vitembergæ MDCCX *bros Iosuæ iudicum et Samuelis nulla ellipseor macula* *rare.* Commentationes hæ vno volumine iunctæ p runt sub titulo: *liber de ellipsibus e textu biblico ebrai* *licite eliminandis, quo ellipsium exempla, quæ specie* *reliquis præstant, expenduntur et ab omni constructio* *fectu liberantur*, Vitembergæ MDCCXXXII. 4. ** vbi dicta scripturæ sine ellipsi feliciter explicata sunt; vt omnis ellipsis proscribatur, vix fieri potest, nisi vim ni sacro inferre velis. Quumque ellipsis in se m tium orationis est, nulla adparet caussa, cur ea in scr diuinis admitti haud debeat.

Sententiæ de *pleonasmis* itidem inter se distant, et ne, vt illos inueniri in scripturis diuinis, alii negent; a tem adfirment. Legi possunt: HERMANN. CHR. EN CKENII duæ dissertationes, sub titulo: *scrutinium* *gicum, nullum in sacris litteris pleonasmum dari*, ost Rostochii MDCCIII. et MDCCIV. ERDWI POLEMANNI *scripturæ sacræ maiestas, a* *repetitionibus; siue pleonasmis vindicata*, Stada

quippe qui iuris publici fecit *pietatis criticae, qua vete[...] noui testamenti textum originalem integritati et diuin[...] plicitati vindicare laborat, partem secundam contra s[...] vocum aeque ac sectionum*, Vitembergae MDCCXX. 8.* [...] ter quem libellum, consuli potest: WIGANDI KAHL[...] *satura duplex de veris et fictis textus sacri traiectio[...] quatuor euangelistis et actis apostolorum collecta*, Lip[...] MDCCXXVIII. 4. **

De *phrasibus* atque *idiotismis*, maxime ebraeis, scri[...]rum singularium notitiam si quis cupiat, quaedam [...] adduxisse sufficiat, eaque: THEODOR. HACKSPANII [...] *quutiones sacras*, Altorfii MDCXLVIII. ANDREAE SENN[ER]TI *centuriam canonum de idiotismis linguarum orient[...]* Vitembergae MDCLVII. 4. CHRISTOPHORI CELL[ARII] *canones de linguae sanctae proprietatibus*, qui [...] MDCLXXIX. 4. editi sunt: GEORGII FRIDERICI B[...]PELII *breuiarium potiorum sermonis ebraei idiotism[...] nomine*, Argentorati MDCC. 4. IO. HENRICI MICH[AE]LIS dissertationem de *peculiaribus Ebraeorum loqu[en]dis*, Halae MDCCII.

§. VII.

Quum in libris, diuino adflatu instinctu [...] litteris consignatis, *adagia* sunt, docti viri, e[...]runt, qui singularem industriam ad interpretatione[...]rum adhiberent atque ingenii fetus de illis exclude[...] Exstant praeterea scripta, eo consilio composita, vt [...] *nibus propriis*, quae in codice sacro leguntur, lucem [...]berent ac monstrarent, qualis sit illorum ratio. [...]que generis monimenta iis omnino vtilitatem adfe[...] qui studia sua in eo collocant, vt oracula dei adc[...] intelligant atque explanent.

Scri[...]

* *samlung von alten vnd neuen theolog. sachen,*

** *iournal literaire part.* XV. p. 142. *samlu[ng] theolog. sachen,* 1727. p. 150. 1730. p. 274.

conciliauit; quædam autem merito reprehenduntur atq his præcipue, eum adcuratiorem ordinem neglexisse: rum adagiorum auxisse nimis ac retulisse inter ea, qu tum sint similitudines et ad ornatum rhetorices perti stilo vsum fuisse non satis moderato. ZEHNERVM, ius *adagiis* hausit varia, neque nominat; neque laud

ANDREAS SCHOTTVS, loco hoc ideo memora quia *adagialia sacra noui testamenti græco-latina* que *exposita* iuris publici fecit, Antuerpiæ MDCXII. Oxonii MDCLV. 12. ** Præstitit Schottus diligen dabilem: multa a Zehnero accepit atque itidem prouerbiis numerauit, quæ si adcurate loqui velimus non sunt: ***

IO. VORSTIVS, cuius in lucem prodiit: *diatr adagiis noui testamenti*, Coloniæ brandenburgicæ MD 4. Scripsit illam auctor, veluti additamentum; siue libri sui de *ebraismis noui testamenti*, quum prouerbi bus seruator noster in sermone suo vsus fuerit, int mos referenda sint: *

ADAMI ERDMANNI MIRI *kurtze fragen* *uerbiis sacris*, Dresdæ MDCCXVI. 12. vbi ex sing pturæ sacræ libris prouerbia recensentur atque ill Non omni; quodam tamen iure et locum hunc possunt: ALOYSII NOVARINI *adagia ex sanctorum*

* REIMMANNI *accessiones ad catalog. bibliothec. theolog.* p.

** editionem oxoniensem adducit LE LONG *bibliothec. sacr.* Ipsa *adagialia* hæc CRENIVS denuo litteris describendi *exercitat. philologico-histori. fasc.* III. p. 41 . ac *præfation* plura de illis edisseruit. In Anglia LITTLETO edidit nomine *margaritarum theologicarum* suisque *grammati nibus græcis* subiunxit; attamen sine Schotti interpretati quod Crenius dicto loco refert.

*** diuersa sunt *adagia* hæc sacra ab eiusdem SCHOTTI *siue prouerbiis Græcorum*, Antuerpiæ MDCXII sacra; sed profana sunt.

* iterum euulgauit *diatribam* hanc RHENFE *dissertationum de stilo noui testamenti* p. 471.

anque scriptorum monimentis promta, Lugduni XVII. fol. et Veronae MDCLI. fol. quoniam licet, ia ecclesiastica cum sacris coniungere alteraque illu- x alteris, ac IO. BVXTORFII, filii, *florilegium ebrai-* asileae MDCXLVIII. 8. quo praeter alia, etiam prouer- nis ebraeae exhibentur. *

m et mecum constitui, interpretes *nominum proprio-* pae in scriptura sacra exstant, recensere, eorum li- ingulari studio compositos, ad locum hunc me com- eferre posse, existimaui. Generis atque argumenti ionimenta litteraria sunt:

ITHAEI AVROGALLI liber de *ebraeis vrbium, re- populorum, fluminum, montium et aliorum locorum us*, ex veteri testamento collectus, Vitembergae I. 8. et auctior Basileae MDXXXIX. 8.

ARQVERII *expositio propriorum nominum biblicorum*, MDLVII 4. MDLXVII. 4. et sub titulo: *dictionarium um, ex sacris bibliis veteris translationis et sanctis excerptum, in quo omnia fere nomina propria, item- abula et phrases, quarum in bibliis mentio fit, expli-* Basileae MDCVII.

NYMI *ebraea, chaldaea, graeca et latina nomina viro- mulierum, populorum, idolorum, vrbium*, ceter. *quae is leguntur*, Antuerpiae apud Christophorum Planti- DLXV. 12.

DREAE ALTHAMERI *silua biblicorum nominum, qua h mulierum, populorum, ciuitatum, montium, fluuio- eiusmodi locorum propria vocabula, quorum in sacris fit mentio, explicantur*, Noribergae MDXXX. Basi- DXXXV. MDXXXVIII. Vitembergae MDLXXXII. 8. **

LVDO-

res adagiorum sacrorum quoque enumerant MORHOFIVS *yr. litterar. libr.* I. *cap* I § 58 seq. p. 276. CRENIVS *version. philologicar et historicar. part* II. p. 235. a' praefa- *fascicul.* II. *dissertation. histor. philolog.* FABRICIVS *biblio- ec. volum* III. p. 294.

LONG *biblioth. sacr.* p. 604. *vnschuldige nachrichten*, 1713.

LVDOVICI BALLESTERII *onomatographia; s-ptio nominum varii et peregrini idiomatis, quae in l-gata editione sacrorum bibliorum occurrunt.* Acc-*logia; siue de sacro sermone libri quatuor*, MDCXVII. 4. *

GEORG. FRANCI *onomatoscopia, id est, omnium nominum propriorum, quae in sacris bibliis* Francofurti ad Oder. MDCXXIII. ac sub inscripti-*con sanctum, ex ipsius sacrae scripturae explicationibus propriorum, quae in ebraeo codice exstant, concinnat-* cofurti et Hanouiae MDCXXXIV. 8. **

IO. LEVSDENII *onomasticum sacrum, in q-nomina propria ebraica, chaldaica, graeca et orig-tam in veteri et nouo testamento; quam in libris a-occurrentia, dilucide explicantur ac singula propriis l-describuntur*, cum *additamento de vasis, pecunia et p-sacris*, Lugduni Batauorum MDCLXV. et MDCLXX-ber, non satis diligenter ac copiose elaboratus:

IO. SCHVZII *adparatus nominum propriorum raras continens adnotationes theologicas, obseruati-lologicas, historicas et philosophicas, arguta insuper gmata, selecta hieroglyphica, ingeniosa symbola et a-ta*, ceter. quatuor tomis, qui prodierunt Dresdae, e-primus MDCCV. secundus MDCCVI. tertius MDCC quartus MDCCVIII. 8. *** Qualis sit liber hic, ex m-illius inscriptione haud difficulter intelligendum e-nempe variarum rerum, ex variis voluminibus disp-busque sine iusto ordine ac delectu congestum:

MATTHAEI HILLERI *onomasticum sacrum*, MDCCVI. 4. duabus partibus. * Priore earum n-

* ANTONII *bibliothec. hispan. nou. tom.* II. p. 17. ALEG-*bliothec. scriptorum societat. iesu* p. 307. LE LONG *biblio-* p. 624.

** LE LONG *dicto libro* p. 731.

*** LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 441.

* *iournal des sauans* MDCCVIII. *mai.* p. 246. *acta eruditor.* M-p. 262. *vnschuldige nachrichten*, 1707. p. 559. LILIENTHA-*getische bibliothec* p. 315.

nt, ex principiis artis rationem eorum redderet.
ie tantum; sed germanice etiam nomina hæc pro-
inauit eiusque prodiit: *erklärungsregister aller na-
r heiligen bibel*, Gottorpiæ MDCCXII. 4. quod ono-
germanicum *bibliis pentaplis*, Wandesbeckii in lu-
ſis ac supra a me enarratis, cum notis quibusdam
m fuit. * Vtroque labore Hillerus tam feliciter per-
ſt, vt alios, qui eamdem operam susceperunt, dili-
meritorum laude antecedat:

II ERDMANNI MIRI *onomasticon biblicum; oder
ller nominum propriorum in der heiligen schrift*,
DCCXXI. 8. qui liber non magnum quidem mo-
iabet; sufficit tamen, vbi ad adcuratiorem nomi-
priorum notitiam adquirendam non meliora scri-
:tunt:

ISTIANI BENEDICTI MICHAELIS *obseruatio-
gicæ de nominibus propriis ebræis*, Halæ MDCCXXIX.
is exponitur primum de nominum propriorum sa-
iatura atque origine: deinde de subiectorum agnomi-
olyonymia, homonymia et nominum metaplasmis
ue de nominum propriorum impositione, transfor-
et vsu; aut omissione in sermone:

:HRISTOPH. MYLII dissertatio de *varietate nomi-
riorum in scriptura sacra*, Ienæ MDCCXXXVII.

IMONIS *onomasticum veteris testamenti: siue tra-*

que adeo linguæ originali noua lux adfunditur, MDCCXLI. 4. * quæ egregia commentatio multi labo multæque eruditionis. Poſtquam generatim de nomi propriis expoſitum eſt, auctor docet, nomina propria ris teſtamenti eſſe vel ebraica; vel peregrina: illa forma nominum formas: per nomina animalium ac verb tempora: nominum formas eſſe ſimplices et compoſita las nudas easque vel leues; vel geminatas; vel graues dageſſatas, atque auctas cum ab initio; tum a fine, ha omnia vberius explanat. ** Prodiit quoque eiusdem: *cum noui teſtamenti et librorum veteris teſtamenti apo rum; ſiue tractatus philologicus, quo nomina propria ſtamenti et librorum apocryphorum veteris teſtamenti rum originibus et formis explicantur*, Halæ MDCCLX quod itidem eruditum ac laude dignum eſt. ***

§. VIII.

Interpreti ſacrarum litterarum egregium adiu tum præbet *parallelismus*, quando varia ſcripturæ inter ſe conferuntur: alter ex altero illuſtratur confirmatur, ſiue ille ſit verborum; ſiue rerum. ſubſidium ſi quis felicius adhibere velit, is bene conſulet, vbi libris *concordantiarum*, quemadmodum pellantur, ad hanc rem vtatur.

Argumentum de *parallelismo* ſcripturæ ſacræ variis do morum virorum diſſertationibus ſingulari ſtudio ena eſt, nominatim: IO. GEORGII NEVMANNI de *pa lismo ſcripturæ*, Vitembergæ MDCXCIV. DAVID. CL de *parallelismo ſcripturæ ſacræ*, Gieſſæ MDCLXXVIII. IA COBI RAMBACHII de *parallelismo ſcripturæ*, MDCCXXIII. quibus addi poteſt: CHRISTOPHORI LII commentatio de *parallelismo noui teſtamenti cum ſeptuaginta virali verſione caute inſtituendo*, MDCCXXXI.

* *acta eruditor*. MDCCXLI. p. 608.
** de onomaſticis ſacris WOLFIVS in calce commentatus eſt.
*** ERNESTI *theolog. bibliothec volum*. III. p.

Romæ MDCXXII. fol. quatuor tomis. * Quum C[illegible] morte impeditus, opus hoc non ipse in lucem emitter[illegible] ſet, MICHAEL ANGELVS *a ſancto Romulo* curauit, litteris deſcriberetur, ac præfationem præmiſit. Noſtr[illegible] te in Anglia noua illius editio adornata eſt, multum a[illegible] æque, ac emendatior hocque nomine romanæ longe p[illegible] renda, cura *Guil. Romaine.* Conſtat iſta quatuor t[illegible] Eorum primus lucem vidit Londini MDCCXLVII. ſec[illegible] vna cum tertio ibidem MDCCXLVIII. ac quartus inde[illegible] dem loco MDCCXLIX. fol. prodiit. Splendidum opu[illegible] atque egregium; ſimul tamen rarum, quum non mul[illegible] empla litterarum formis impreſſa ſunt ac pleraque ea[illegible] in Anglorum bibliothecis, maxime publicis, locum obti[illegible] runt: **

IO. BVXTORFII, patris, *concordantiæ bibliorum* [illegible] *cæ, noua et artificioſa methodo diſpoſitæ, in locis* [illegible] *deprauatis emendatæ, deficientibus plurimis expletæ,* [illegible] *antea confuſis diſtinctæ et ſignificatione vocum omnium* [illegible] *illuſtratæ*, ceter. *Acceſſerunt nouæ concordantiæ* [illegible] *omnium vocum, quæ corpore bibliorum ebraico contin*[illegible] quæ opera *Io. Buxtorfii*, filii, cum eiusdem præfat[illegible] dierunt, Baſileæ MDCXXXII. fol. *** Ita ſcriptæ ſu[illegible] cordantiæ hæ, vt in operibus præſtantiſſimis omni [illegible] merentur atque omnibus, qui in ſenſu codicis ebræi [illegible] gando ſtudia ſua collocant, merito commendari de[illegible] Id ſane pro certo adfirmari poteſt, Buxtorfium eoru[illegible] antea eodem labore perfuncti ſunt, induſtriam longe [illegible] raſſe. In tanto tamen libri huius honore minus exi[illegible] dum eſt, illum tam plene perfecteque compoſitum eſ[illegible] ſupra omnem eamque iuſtam reprehenſionem poſi[illegible]

* SIMON *nouuell. bibliotbequ. choiſ. tom* I. p. 258. IMBON[illegible] *bibliotbec latino-ebraic.* p. 156. CLEMENT *bibliotbequ. curi*[illegible] *ſtoriqu. et critiqu. tom.* VI. p. 49. SINCERVS in *der neuen* [illegible] *von alten vnd raren bücbern* p. 317.

** *ſamlung von alten vnd neuen theolog. ſachen*, [illegible]MENT *biblioth. curieuſe, hiſtoriqu. et critiqu.* [illegible]*nal des ſauans* MDCCXLIX. *ianuar.* p. 126.

*** FABRICII *hiſtor. bibliothec. part.* I. p. [illegible] *exegetiſche bibliothec* p. 163.

tiſſimi viri, qui varia in concordantiis his defi-
eciatim, in illis deeſſe nomina propria, vna cum
haud declinandis, quarum in ſcripturæ ſacræ in-
magnus ſit vſus: adlegationes capitum ac ver-
itatis numerorum notis; ſed in vſum ac gratiam
teris ebraicis expreſſas fuiſſe: puncta, ſine qui-
nes codicem ebræum legere poſſint, omiſſa eſ-
vocabulorum diſtinctas non diſtincte ſemper
ſignificationem vocis metaphoricam non raro
m eſſe poſitam; nec ſemper conſtructionis di-
em habitam. Quæ omnia quum in BVXTOR-
antiis omnino deficiant, eruditi viri induſtriam
etulerunt, vt quædam eorum ſupplerent, quem-
ILLERI *onomaſticum ſacrum* ac NOLDII *con-
rticularum*, paullo poſt ſigillatim percenſendæ,

Exſtant quoque compendia ex concordantiis,
io debemus, compoſita, vti ſunt: *manuale con-
ebræo - biblicarum*, Vitembergæ MDCLIII. 4.
II RAVII *fons Sion; ſiue concordantiarum ebrai-
ldaicarum Io. Buxtorfii epitome ad inſtar lexici*,
CLXXVII. 8.

IANI NOLDII *concordantia particularum
icarum, in quibus partium indeclinabilium, quæ
fontibus et hactenus non expoſitæ ſunt in lexicis;
tiis, natura et ſenſuum varietas oſtenditur*, Haf-
CIX. 4. * qui liber eruditis, interpretibus ma-
ebræi, multum ſe probauit atque auctori ma-
laboris, induſtriæ, ingenii et eruditionis haud
dtulit. ** Quum ille raro inueniretur atque
it, quæ locupletari poſſent, IO. GOTTFR.
e noua editione cogitauit, ita adornanda, vt
; et emendationes fierent, eamque in rem iu-
cit: *ſchediaſma, quo iterandæ editionis concor-*
V 3 *dan-*

---

ibliotb. ſacr. p. 455. atque alii memorant editionem
XV. illa autem lucem haud vidit.

hypomnemata ad Bartbolini librum de ſcriptis Danorum
ſunt in eius *bibliotbeca ſeptentrionis eruditi*: REIMAN-
bibliotbec. tbeologic. p. 216.

dantiarum particularum ebræo - chaldaicarum Chri- Noldii *nouarumque concordantiarum pronominum* sep- *torum; nec non nominum propriorum scripturæ sacræ* ve- *testamenti originalis rationes exponit*, Ienæ MDCCXXIII. 4. Adgressus est ad opus: confecit id feliciter atque in lu- emisit Ienæ MDCCXXXIV. 4. ** Concordantias ipsas sin- lari cura recensuit: notas addidit eruditas ac perutiles m- præcipue cuiusuis particulæ naturam ac formalem signi- tionem indagauit diligenter, eam ob caussam, quod Nol- inprimis ostenderat tantum, quot modis particulæ ch- latine reddi possent; ita autem propriam earum signi- di vim neglexerat. *** Accesserunt præterea: SIMON. NEDICT. TYMPII, fratris, *concordantiæ pronomin- ratorum ebraicorum et chaldaicorum*: IO. MICHAELIS CHRIST. KOERBERI *lexica particularum ebrai-* Libris his adnumeratur: GVIL. ROBERTSONI *the- linguæ sanctæ; seu concordantiale lexicon ebræo - la- biblicum, vna cum concordantiis ebraicis, in* q- *vniuersæ et singulæ voces ebræo - biblicæ cum lo-* *quibus in textu occurrunt, enarratæ sunt et* a- *sitæ*, Londini MDCLXXX. 4. * Adducuntur etiam CHRI- STOPH. CRINESII *concordantiæ ebraicæ*, Vi- MDCXXVII. 4. ** quarum alii, quantum scio, n- mentionem faciunt, atque ANTONII LAYMANNI *con- dantiæ ebræo - sacræ iuxta seriem cuiusque constructi- tacticæ*, MDCLXXXI. fol. *** quæ autem num pr- ac qualis sit illarum ratio, me ignorare fateor. Ex- men R. ANSCHEL liber, quo litterarum ordine vo-

* *samlung von alten vnd neuen theolog. sachen*, 1724. p. 813. e- p. 168.
** LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 317. WOLFII *thec. ebr. part.* I. p. 682. et *part.* IV. p. 239.
*** notarunt hoc: CLERICVS *dissertatione de optimo gen- pretum sacræ scripturæ*, eius *commentario in genesin* præmissa, ac LOESCHERVS de *caussis linguæ ebrææ* p. 417.
* vide: WOLFII *historiam lexicor. ebr.* p. 17
** in LE LONG *bibliothec. sacr.* p. 455.
*** apud LIPENIVM *bibliothec. theolog. tom.* *bibliothec. sacr.* p. 455.

animaduersionibus in nouas Abr. Trommii concordantias graecas versionis vulgo dictae LXX. interpretum, Or MDCCXVIII. fol. et 8. * de quibus postea plura dicam. dit quoque KIRCHERVS de *concordantiarum biblicarum maxime veteris testamenti graecarum, ebraeis vocibus respondentium, vario ac multiplici in sacrosancta theologia vsu nam ac perspicuam διάπτυξιν*, Vitembergae MDCXXII.

ABR. TROMMII *concordantiae graecae versionis, vulgo dictae LXX. interpretum, cuius voces, secundum ordinem elementorum sermonis graeci digestae, recensentur, contra in opere kircheriano factum fuerat. Leguntur hic voces graecae, pro ebraicis redditae ab antiquis omnibus veteris testamenti interpretibus, quorum non nisi fragmenta stant, Aquila, Symmacho, Theodotione et aliis, quorum maximam partem nuper in lucem edidit dominus Bernardus Monfaucon*, Amstelodami et Traiecti ad Rhenum MDCCXVIII. fol. duobus tomis. ** In concordantiis his scribendis Trommius viam iniit, ab ea diuersam, quam Kircherus fuerat, ac voces versionis septuaginta interpretum litterarum graecarum collocauit; additis tamen vocabulis ebraeis, ex quibus graeca deriuantur. Ita concordantiarum harum iis, quas Kircheri industriae facilior quidem est ac commodior; attamen kircherianae quoque existimationem suam tuentur; nec contemnendae. Kircherus certe primus ad opus manus admouit; Trommius autem curauit, vt illud emendaretur ac maiorem vtilitatem. Nactus hic est aduersarium IO. GAGNIER, qui, vt perhibetur, ad bellum Trommio indicendum ctus fuerit, quoniam concordantias graecas, ab Henrico uilio coeptas ac postea ab ipso longius perductas pletatas, euulgare constituerat. Luci publicae exposuit *dicias kircherianas; siue animaduersiones in nouas Abr. Tr*

* CLERICI *bibliotheque ancienne et moderne tom.* X. p. 350.
** *iournal des sauans* MDCCXVIII. *mai.* p. ...
theque. ancienne et moderne tom. X. p ...
MDCCXIX p 49. *nachrichten von einer bi*...
VII. p. 495. LILIENTHALII *exegetische bi*...
dige nachrichten, 1719. p. 271.

cæ verſionis ſeptuaginta interpretum ſcribi atque
›ſſint. Contra hoſtem hunc cauſſam ſuam egit
rs in *epiſtola apologetica ad doctiſſimum virum*
ıgnerium, qua ſe ſuasque concordantias græcas in
interpretes, nuper a ſe editas, modeſte tuetur con-
luerſiones huius viri doctiſſimi, recens Oxonii im-
ıblici iuris factas, Amſtelodami MDCCXVIII. 4. *
ordinis ſunt, quæ nunc ſequuntur, concordan-
noui teſtamenti:

BETVLEII *concordantiæ græcæ noui teſtamenti*,
›XLVI. fol. quæ omnium primæ hocque nomine
aræ ſunt. Lucem iam viderant, quum Stephani
ii concordantiæ eiusdem generis prodirent. Di-
is ſignificationes, ab aliis neglectas, auctor adpo-
ıs autem omiſſos fuiſſe, mirum non eſt, quoniam
n inuenti erant: **

ICI STEPHANI *concordantiæ græco-latinæ noui*
, typis ipſius MDXCIV. fol. ac cum ſupplemento Ge-
. fol. *** In iis ERASMVS SCHMIDIVS tot
prehendit, vt Stephanum harum concordantiarum
eſſe, ſibi haud perſuadere potuerit: *

II SCHMIDII *noui teſtamenti ieſu chriſti græci*,
riginalis linguæ ταμεῖον, aliis concordantiæ, hacte-
correctius, ordinatius, diſtinctius, plenius, iam du-

tates per collationem inuestigandi ducis instar esse possit, tembergæ MDCXXXVIII. fol. * et iterum Gothæ MDCC fol cum *Ernesti Salomonis Cypriani* præfatione. ** Post editio in titulo *singulari studio denuo reuisa atque ab* *ris mendis repurgata* dicitur; neque autem accessiones que emendationes, quæ momentum quoddam habe ctæ sunt. Ipsum Schmidii opus inter concordantias cas noui fœderis principem quidem locum tenet omni iure; attamen in eo diuersæ vocum significa aliæque earumdem rationes grammaticæ desiderantur.

Qui de concordantiis exponunt, etiam *syriacas* no stamenti memorant easque esse, tradunt: MARTINI STII *lexicon syriacum noui testamenti*, Cothenis MD 4. ac CAROLI SCHAAFII *lexicon syriacum concor* *noui testamenti*, Lugduni Batauorum MDCCVIII. 4 autem concordantiæ ac lexica omnino inter se diff adcurate iudicare ac loqui velimus, memorata lexi ca concordantiis, quæ vere tales sunt, haud ad possunt.

Maiori iure locus hic concordantiis *latinis* adsig quarum primo auctore disputatur quidem sententi ctorum virorum inter se discrepant; id tamen co omnium esse antiquissimas ac pro certo dicendum dem exemplum ad concordantias aliarum linguar bendas præbuisse. In numero ipsarum concordan latinarum sunt:

Concordantiæ maiores cum declinabilium; *tum indecl* *lium vtriusque testamenti dictionum*, cum *Io. Frob* eas edidit, præfatione ac *pars secunda, quæ diction* *clinabilium concordantias continet*, studio *Io. de Secub* sileæ MCCCCXCVI. MDXXIII. MDXXV. MDXXVI. fol.

Magnæ concordantiæ sacræ scripturæ, Lugduni MD MDXXVIII. fol.

---

* LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. *talog. bibliothec theolog.* p. 204.

** *acta erudítor.* MDCCXVII. p. 371. F *thecæ pars.* I. p. 42.

OTTI *concordantia maiores sacra scriptura*, MDXXVI. fol.

I. REGII *biblia alphabetica; seu concordantia ta digesta, vt sub qualibet alphabetici ordinis que testamenti auctoritates, a monosyllabis incipiuntur*, Coloniæ MDXXXV. 4.

TII *concordantia bibliorum, innumeris locis re*ileæ MDLI. fol.

I STEPHANI *concordantia latina veteris et noi*, Parisiis MDLV. fol. quæ præ aliis vtilitatis ıtiæ caussa in existimatione sunt atque in libris ımerantur:

EDICTI *concordantia vtriusque testamenti*, Pa- I. fol.

I MANNII *concordantia bibliorum maxima*, MDC. fol.

SCI LVCAE *concordantia bibliorum, vna cum us*, Antuerpiæ MDCVI. fol. quæ et Lugduni ac eris descriptæ sunt sæpiusque in lucem prodie-

DE BESSE *concordantia bibliorum vtriusque te- erales*, Parisiis MDCXI. fol.

. DE ZAMORA *concordantia sacrorum bibliorum*, XXVII. fol. Sunt plures aliæ; quas autem silen- rætermitti posse, existimo, quum illæ non ma- ıentum habent ac sane nullam vtilitatem nobis

d concordantias *germanicas*. Quum illæ diuer- ıe ad ætatem; siue ad rationem earum animum elimus, præcipue enumerabo concordantias, ad ıterpretationis germanicæ Lutheri compositas.

antz des neuen testaments zu teutsch. Aller euan- uchbuszugk nach ordnung des a. b. c. kurtz vnd sters weiss verfasset, Argentorati MDXXIV. fol. * rdantiæ inter scripta rariora referri debent. Se- quutus

ı *von einer hällischen bibliothec volum.* III. p. 14. BEY- ı *sylloge variorum opusculorum tom.* I. p. 486.

quutus est auctor, qui, vt suspicari licet, LEON. BRVNNERVS, nunc sigillatim memorandus, esse videtur, Lu... interpretationem codicis sacri:

LEON. BRVNNERI *concordanz vnd zeyger der ... vnd historien aller biblischen bucher alts vnd news te... teutsch, registers weisz verfasset vnd zusammen gebr...* ...gentorati MDXXX. fol. * qui itidem liber est multum ... Non primæ sunt concordantiæ hæ germanicæ, quem... dum nonnulli sibi persuadent, ac quamuis auctor pri... opus concordantiarum germanicarum manus adm... attamen concordantiæ noui testamenti, a me memor... quod probabile est, studio eiusdem Brunneri compos... antea lucem adspexerant:

PETRI GEDVLTIGII *concordanz vnd zeiger ... gantze heilige schrift des alten vnd neuen testamen... auf die dolmetschung D. Martin Luthers seligen vnd ... allein auf die bücher vnd capitel; sondern auch auf ... graphos; oder vnterschiede derselbigen gerichtet*, Fr... MDLXXI. fol. quatuor tomis, ** opus concord... præferendum illi, quod Brunnerus, antea adductu... cit; desunt tamen in eo signa versuum, quoniam ... sioni nondum adposita erant:

CONRADI AGRICOLAE *biblische concordantz*, ... opus postquam Francofurti MDCX. MDCXXI. fol. ... prodierat, cura ac studio CHR. ZEISII illud auctum ... emendatum est; ita autem meliores editiones sequu... Francofurti MDCLIII. MDCLXXIV. fol. Editum ... separatim dicti ZEISII *supplementum concordantiar... carum Conradi Agricolæ*, Francofurti MDCLXIV. 4. Co... dantiis his nunc facile carere possumus, quum aliæ ... blici factæ sunt, illis multo præstantiores atque vtilior...

FR...

* FREYTAGII *adparatus litterarius* p. 157. CLEMENT *bibl... curieuſ. historiqu. et critiqu. tom.* V. p. 275. VOGTII *catal... brorum rariorum* p. 152. REIMMANNI *car...* p. 215. Editio libri huius anni MDXLV. ... *bibliothec. sacr.* p. 459. meminit, haud in ...

** *nachrichten von einer hällischen bibliothec* ... VOGTII *catalog. libror. rarior.* p. 152.

stamenti; *posterior vero omnes graecas, tum noui testamen[ti]* *thenticas*; *tum in apocryphis vsurpatas et quae in versi[one]* *ptuaginta virorum leguntur, vtrobique cum significatu* *nicis e versione beati Lutheri ordine alphabetico recensit*. *concordantiarum operis, a M. Friderico Lanckisch* *epitome*, Lipsiae MDCLXXX. 4. *

GEORGII MICHAELIS *kleine concordantz, in de[m]* *sten theil ein biblisch spruchregister; im andern aber* *blisches namen, geschicht vnd wort register enthalten*. librum multum se commendasse vtilitate sua, m[ultae] editiones testantur. Pr[odii]t ille Ienae MDCXCV. MDC... MDCCIX. MDCCXI. MDC[CX]VIII. MDCCXXVIII. MD... MDCCXXXIII. MDCCXXXVI. MDCCXLI. MDCCLX. ... men editiones hae non om[n]es ad vtramque partem ... Separatim enim vel prior; vel posterior pars saepi... litteris descripta est. Ad [e]ditionem anni MDCC... dericus Andreas Hallbauerus praefationem scripsit, ... aliis praemissa est; accessiones autem partis posterio... *Christian. Beniamin. Buttneri* factae sunt:

WENCESLAI NIEDERWERFERI *biblische* ... *dantz, in welcher die spruche der gantzen heiligen* ... *wohl den nominibus; als auch verbis vnd adiectiu...* *ne weiteres aufschlagen gantz gelesen; ingleichen* ... *nehmsten verschiedenen bedeutungen der wörter an...* *die wichtigsten artickel der christlichen religion aus* ... *logia thetica, morali vnd paracletica in kurtzen* ... *sehr vielen sprüchen bewiesen werden*. Ita inscripta ... libri huius editio, quae studio *Io. Guil. Hartungii* ... aucta ac *Io. Christiani Stemleri* praefatione ornata adspexit, Regiomonte MDCCLIII. 4. ** Prima edit[io] diit Lipsiae MDCCXIV. 4. secunda itidem loc... MDCCXXXIV. 4. *** Spectant concordantiae hae non ... las voces; sed etiam ad res quasdam; siue ad dogma... nulla fidei vitaeque, quae breuiter explicantur ac prob...

---

* FABRICII *histor. bibliothec. part.* III. p.

** KRAFTII *theolog. bibliothec volum.* VIII

*** *nachrichten von den neuesten theolog. bib...*

TFRIEDI BVCHNERI *biblische real vnd verbal handlexicon; oder exegetisch-homiletisches lexicon*, quarum [illegible]dantiarum tres editiones in lucem exierunt: prima MDCCXL. 8. secunda emendata atque aucta, ibidem [illegible]LVI. 8. ac tertia itidem accessionibus locuplerata MDCCLVI. 8. * Liber hic ad vsum commodiorem [illegible]positus atque ita scriptus est, vt cum vocibus; tum scripturæ sacræ facile inueniendis atque intelligendis [illegible] ac merito inter optima concordantiarum compen[illegible]merari debeat. Eidem auctori maius generis huius [illegible]bemus, quod titulo hoc: *biblische real vnd verbal [illegible]z; oder inbegrif der biblischen gottesgelahrheit, [illegible] die personen, länder, städte, flecken, gegenden, berge, gœtzen, gebräuche, munz, gewicht vnd maas [illegible]: die vielen bedeutungen der wœrter nebst deren [illegible]k erörtert vnd vnter iedem die spruche aus der gan[illegible]iligen schrift, so wohl den nominibus, verbis; als ad[illegible] nach angeführet: die dunckeln vnd schweren œrter [illegible], die vorbilder angemercket, besonders die glaubens[illegible]pflichten vnserer allerheiligsten religion abgehandelt* [illegible], Ienæ MDCCL. 4. et iterum MDCCLVII. 4. prodiit. [illegible] hæc de concordantiis verborum. Quæ memoran[illegible] concordantias anglicas, gallicas, belgicas, danicas, [illegible] tacitus prætereo, quum illæ apud nos neque satis [illegible]; neque multum vtiles.

[illegible]cordantiarum *realium*, vti adpellantur; siue earum, [illegible] loca scripturæ sacræ eiusdem argumenti, sub certis [illegible] collecta, inueniuntur, numero sunt:

[illegible]ATTHAEI VOGELII *schatzkammer der heiligen schrift*, [illegible] MDLXXXI. MDLXXXVII. MDCIII. fol. septem to[illegible]quod opus, breuius et vno tantum volumine compre[illegible], etiam latine lucem adspexit, sub titulo: *thesaurus [illegible] ex sola scriptura*, Tubingæ MDXCII. Vitembergæ [illegible]. Francofurti MDCXII. MDCLXIII. fol. præterea au[illegible] epitome germanica exstat, Tubingæ MDXCIV. fol.

PAVLLI

[illegible]ITTII *theolog. bibliothec volum*. XI. p. 399.
[illegible]LE LONG *bibliothec. sacra* p. 458. seq.

PAVLLI CRELLII *biblische concordanz*, Franco MDCXXVII. fol. ac cum *Danielis Fesselii* additamentis, dem MDCLXII. fol.

DANIELIS CRAMERI *biblischer wegweiser*, Argent MDCXXIX. MDCXXX. MDCLXXX. 4.

IO. IANI *belleuchtender sternhimmel; oder biblische concordantz*, Francofurti MDCL. fol. ac Lipsiae MDCCL

IO. NIEDLINGII *promptuarium biblicum rerum e corum communium, biblische concordantz*, Lipsiae MDC

IO. CONRADI KAHLII *biblische realconcordanz*, Br suigae MDCCXXXV. fol. Referri et huc possunt: MICH LIS, NIEDERWERFERI et BVCHNERI concord quas antea recensui, quum lis simul res codicis sacri ne litterarum dispositae, continentur.

Variam; nec mediocrem vtilitatem esse concordantia rum, negari non potest, si quis cum prudentia ac iudici lis vtatur; multos autem a recta via aberrare ac lib abuti, itidem satis notum est. De vsu earum comm est ANDREAS GLAVCHIVS in *schediasmate de con dantiarum biblicarum vsu*, qui libellus lucem vidit MDCLXVIII. 4. MDCLXXXII. 8. MDCXCIV. 8. In mendando concordantiarum vsu ille nimius est ac rationem sequitur, non plane ad argumentum apta adcuratam. Speciatim disserit quoque GLAVCHIVS LANCKISCHII *concordantiarum vsu*; singulari studio eumdem enarrauit: IO. HENRICVS FEVSTKINGIVS *hodogetico concordantiali; siue de recondito concordan lanckischianarum vsu in homiliis sacris hypomnematibus* psiae MDCXCIX. 8. De ipsis concordantiis commenta PETRVS TERPAGRIVS in *adpendice de concordantiis rum linguarum biblicis*, quae ad eius *prodromum bib sacrae*, Hafniae MDCLXXX. 8. accessit. Quae ad hi atque inprimis ad originem istarum pertinent, ea ed atque illustrant: IO. BVXTORFIVS, * IACOBVS LONG, ** AVGVSTINVS CALMETVS, *** IACOBVS C

* *praefatione, concordantiis ebraicis* praemissa.
** *bibliotheca sacra* p. 454.
*** *bibliotheca sacra*, quam *dictionario suo* ac *praefatione* eiusdem *dictionarii*.

ICOBVS ECHARD, * CHRIST. ZEISIVS, **
NCISCVS BVDDEVS, *** PETRVS TERPA-
IAC. FRIDERIC. REIMMANNVS. **

§. IX.

ia philologica, quæ oraculorum diuinorum
oni inferuiunt, in *facra* ac *profana* diuidere
i fcriptoribus librorum vtriusque fœderis fup-
ic fpectant ad fermonem ebræum et græcum,
funt, eumque talem, qualis ipfe eft; hæc
ionimentis profanorum auctorum fumuntur.
cripta fubfidiorum philologicorum facrorum
venio ad adiumenta philologiæ *profanæ*, quæ,
is veteris Græciæ accepta, eo confilio ad no-
ientum græcum adferuntur, vt illius voces
, tamquam puræ atque elegantes, defendan-
ationes earum illuftrentur ac quam fecum
habeant, vis oftendatur. Non pauci fue-
inc in rem monimenta euangeliftarum atque
i cum libris Græcorum antiquorum ac fuper-
conferrent.

idia fua ad id contulerunt, vt libris noui tefta-
ti ex monimentis veterum Græcorum lucem præ-
rum varia funt genera. Alii ex vno tantum; alii
s fimul auctoribus ea collegerunt, quibus fcripta
eris illuftrari poffe, putarunt; nec folum vo-
iesque; fed res quoque ac fententias ex iftis ad-
Ingenii monimenta, quæ notas in nouum tefta-
a certo quodam antiquioris Græciæ auctore fup-
complectuntur, hæc in lucem prodierunt:

GEOR-

ordinis prædicatorum tomo 1. p. 203.
e ad AGRICOLAE *concordantias.*
d *theologiam vniuerfam libr.* II. *cap.* 8. p. 1776.
ta *adpendice de concordantiis variarum linguarum.*
bus *ad catalogum bibliothec. theolog.* p. 114.

GEORGII RAPHELII *adnotationes philologicae in* no*
testamentum, ex Xenophonte collectae, Hamburgi MDCCI
et iterum MDCCXX. 8. Accessit *additamentum in* vetu
mentum et *Io. Fechtius* praefationem praemisit, qua de
noui testamenti eiusdemque cum profanis scriptoribus
ferendi studio disseritur. Xenophontem auctorem p
elegit, quem cum libris noui foederis conferret, qu
sequutus sit scribendi rationem, haud nimis exquisit
que ornatam: *

EIVSDEM *adnotationes philologicae in nouum test*
ex Polybio et Arriano collectae, Hamburgi MDCCXV.

EIVSDEM *adnotationes in sacram scripturam*, hi
in vetus: philologicae in nouum testamentum, ex He
collectae, Luneburgi MDCCXXXI. 8. *** Prior libri
pars complectitur adnotationes historicas in vetus te
tum haeque eo spectant, vt imperantium et aliorum
rum virorum; nec non regionum nomina, plantar
bis non cognitarum, natura, temporum ac locorum
tiones, ritus diuersorum populorum, prouerbia a
generis huius historica, in libris Mosis, propheta
graphis atque apocryphis memorata, ex antiquit
sunt apud Herodotum, illustrentur. Parte poste
tinentur adnotationes in nouum testamentum. Qu
phelius in tribus libris his conscribendis posuit, opera

* *memoires de Treuoux* MDCCXI. *ianuar.* p. 98. CLERICI
thequ. ancienne et modern. tom. XVIII. p. 145. *acta*
MDCCIX. p. 209. *vnschuldige nachrichten*, 1709. p. 4
THAEI *bericht von commentariis vber die schrift part.* III. p.
na litteraria hamburgensia MDCCIX. p. 100. FABRICI
bibliothec. part. VI. p. 410.

** *acta erudit. or.* MDCCXV. p. 526. *neue hällische bibliothe*
p. 342. *samlung von alten vnd neuen theolog. sachen*, 1724.
ALETHAEI *bericht von commentariis vber die schrift part.* III.
REIMMANNI *accessiones ad catalog. bibliothec. theolog.* p.
stoire critique de la republiqu. des lettres tom.

*** *samlung von alten vnd neuen theolog. sache*
eruditor. MDCCXXXII. p. 323. ALETHA
tariis vber die schrift part VII. p. 83. Tres li
scuntur in LILIENTHALII *exegetische biblio*

dabilis est ac satis testatur de singulari illius industria ac eruditione graeca, non vulgari. Attamen videtur peccasse eo, quod nimium est, quum voces ac dictiorerdum collegerit, non multum rariores ac difficiliores:

h. HENRICI VON SEELEN *specimen obseruationum in noui testamenti ex Plutarchi libro de institutione pue-*, Lubecae MDCCXIX. 4. *

IORGII GVIL. KIRCHMAIERI dissertatio de *paralle-mo foederis et Polybii ratione dictionis, per pleroisque libros operose instituto*, Vitembergae MDCCXXV. **

CAROLI HENRICI LANGII *specimen obseruationum gicarum in nouum foedus, ex Luciano potissimum et Dio-Halicarnasseo*, Lubecae MDCCXXXII. 8. *** qui etiam publici fecit non solum: *obseruationum philologicarum foedus, ex Euripide collectarum, prolusionem*, Lubecae XXXIV. 4. * atque *obseruationes in Matthaeum ex Eu-*, eodem loco atque anno 4. sed etiam: *obseruatio-eras, quibus varia noui testamenti loca ex antiquitatibus ilologia sacra exponuntur et illustrantur. Accedit spe-lectionum euripidearum in Phoenissas*, Lubecae CXXXVII. 8. **

OBIAE ECKHARDI *obseruationes philologicae ex Aristo-le Pluto, dictioni noui foederis illustrandae inseruientes. dit eiusdem generis dissertatio ex Homeri iliade z.* Quedburgi MDCCXXXIII. 4. ***

DANIELIS PEVCERI commentatio inscripta: *Calli-lus, noui testamenti interpres*, Isenaci MDCCLI. quae is est:

---

um obtinuit in auctoris *meditationum exegeticarum parte* I. p. 143. *samlung von alten vnd neuen theologischen sachen*, 1727. p. 766.

actor. eruditor. supplement. tom. X. p. 424. COLERI *auserlesene theolog. bibliothec volum.* VI. p. 1119.

actor. eruditor. supplement. tom. II. p. 141. COLERI *auser-lesene theolog. bibliothec volum.* VII. p. 1170.

actor. eruditor MDCCXXXVIII. p. 600.

actor. eruditor. supplement. tom. X. p. 311. *samlung von alten vnd neuen theolog. sachen*, 1733. p. 630. et 1734. p. 133. COLERI *auserlesene theolog. bibliothec volum.* VII. p. 1002.

CASPAR. FRIDERIC. MVNTHE *obseruationes philologicæ in sacros noui testamenti libros, ex Diodoro Siculo collectæ* Hafniæ MDCCLV. 8. * quem scriptorem præ aliis cum libris noui fœderis vtiliter conferri posse, auctor putauit, quia scribendi genus sectatus sit simplex, magis adcurationis historicæ; quam orationis cultus atque elegantiæ studiosus:

FRIDERICI LVDOVICI ABRESCH *dilucidationum Thucydidearum, quibus et passim cum noui testamenti; tum aliorum scriptorum loca illustrantur; aut emendantur*, Traiecti ad Rhenum MDCCLV. 8.

CHRISTIANI PORSCHBERGERI *Theocritus, scripturam sacram illustrans; siue sententiæ ac phrases e poetis graecis et inprimis bucolicis, Theocrito, Moscho et Bione ad illustranda quam plurima sacri codicis oracula erutæ subinde collectæ*, Dresdæ MDCCXLIV. 8. cum *Gottliebii* Gaudlitz præfatione, ** qui liber non vnius quidem græci scriptoris, attamen quorumdam vnius generis voces ac dictiones exhibet hancque ob caussam certo modo huc referri; at ultimum locum obtinere potest.

Plures libris noui testamenti, ex variis profanis scriptoribus, maxime Græciæ, illustrandis operam suam collocarunt; diuersam autem commentandi rationem inierunt, vt alii inprimis ad voces dictionesque; alii simul ad sententias atque antiquitates attenderent ac quamuis omnes scriptis euangelistarum atque apostolorum lucem adferre voluerint; nonnulli tamen ad varia loca vniuersi codicis sacri similem industriam adhiberent. Eam ob caussam difficile fieri potest, vt plane adcuratus ordo huiusmodi monumentorum ingenii seruetur, satisque est, si in enarrandis illis principalia, quæ complectuntur, illorum argumenta respiciamus. Pertinent igitur ad locum hunc:

IO. DOVGTAEI *analecta sacra; siue excursus philologici breues super diuersis veteris et noui testamenti locis*, Londini MDCLVI

* *acta eruditor.* MDCCLVI. p. 612.

** *acta eruditor.* MDCCXLV. p. 421. *samlung von theologischen sachen*, 1744. p. 298. *nachrichten von theolog. büchern volum.* III. p. 905.

miſcellaneæ ad loca quædam, cum noui fœderis; tum ce-
rum ſcriptorum græcorum, Franeckeræ MDCCVII. 8. q-
bus HORATII VITRINGAE animaduerſionum ad Ioan
Vorſtii philologiam ſacram ſpecimen additum eſt. * Ve-
liber, a viro compoſitus, qui litteris græcis eruditiſſimus
non mediocrem exiſtimationem ſibi conciliauit:

CORNELII ADAMI obſeruationes theologico-philolo-
quibus plurima ſacri codicis, noui teſtamenti præſertim,
ex moribus et ritibus diuerſarum gentium illuſtrantur, Gr-
ningæ MDCCX. 4. ** quæ inter ſcripta generis huius
ma iure locum tuentur. Non mediocrem eruditione
cram ac profanam, auctor oſtendit atque inter alia
hiſtoriam Eſtheræ, varia Matthæi atque actuum apoſto-
rum loca diſſeritque de magis, pane ἐπιουσίῳ, Athen-
vrbe, ſuperſtitione ac ritibus additque analecta agoniſt-
dictiones præcipue Paulli explanandas idonea. Auct-
hæc enarrat, de vtilitate commentatur, quæ ex gentium
ſuetudinibus capienda ſit, vbi illæ cum codice diuino
comparentur. Prodierunt quoque eiusdem ADAMI -
tationes exegeticæ de iſraelis in Aegypto multiplicatione
preſſione: natiuitate et inſtitutione Moſis in ſapientia
ptiorum: conuerſione ſancti Paulli aliorumque magn-
catorum maliſque Romæ paganæ et hodiernæ moribus.
dunt ſcholia ad X. loca ex actis apoſtolorum, Gr-
MDCCXII. 4. *** quæ itidem, erudite ac diligenter
ſcriptæ, laudem conſequutæ ſunt:

neue hälliſche bibliothec volum. III. p. 643. ALETHAEI
commentariis vber die ſchrift part. II. p. 85. FABRICII hiſtor.
part. VI. p. 155. LILIENTHALII exegetiſche bibliothec p.
* iournal des ſauans MDCCVIII. iul. p. I. CLERICI
choiſ. tom. XV. p. 359. memoires de Treuoux MDCCVIII.
p. 1429.

** BERNARDI nouuelles de la republique des lettres MDCCX.
p. 483. iournal des ſauans MDCCXI. mart. p. 288. acta
MDCCXI. p. 196. vnſchuldige nachrichten, 1710. p. 844. ALE-
bericht von commentariis vber die heilige ſchr-
LILIENTHALII exegetiſche bibliothec p. 1127.

*** acta eruditor. MDCCXIII. p. 22. vnſchuld
p. 242. ALETHAEI bericht von commentariis
III. p. 35.

Obseruationibus his multæ voces dictionesque noui te-
menti ex profanis auctoribus græcis, nonnumquam et
latinis: ex septuaginta virorum interpretatione atque an-
quitatum monimentis explicantur atque illustrantur, ea
tione, vt auctor nunc aliorum sententias vel confirm
vel refutet; nunc ipse nouas adferat expositiones suam
egregiam eruditionem scientiamque, maxime litterarum
carum, luculenter monstret. Non omnia tamen, ab e
cta, omnibus se probarunt. Prodierunt: ANONYMI n
ta ad Iacobi Elsneri Matthæum, * contra quæ ELSN
caussam suam egit *litteris ad anonymi adnotata in ob*
tiones ad Matthæum, ** ac quum anonymus hic resp
set, *** iterum pro se ac libro suo propugnauit: *

PETRI ZORNII *bibliotheca antiquaria et exeg*
vniuersam scripturam sacram, cuius tomi primi partes
in lucem prodierunt, Francofurti et Lipsiæ MDCC
MDCCXXV. 8. ** Non ipse quidem auctor oracula di
ex litterarum profanarum monimentis interpretatus et
illustrauit; attamen ei locum hunc quodam modo ads
posse, puto. Quum enim Zornius persuasit sibi,
ad codicem sacrum feliciter explanandum valere,
ritus gentium superstitiosarum probe intelligat, libr

---

* quæ exstant in *actorum eruditorum supplement. tom.* VIII.
Auctorem esse CHRISTFRIED. WAECHTLERVM,
omnino licet.

** scriptæ sunt litteræ hæ ad Ioannem Burchardum Menc
qui excerpta ex illis iuris publici fecit in *actis er*
MDCCXXV. p. 534.

*** in *actis eruditor.* MDCCXXV. p. 536.

* præfatione ad *obseruationum tomum* II. Edidit IO. GOTTL.
dissertationem, qua λουτρὸν παλλιγγενεσίας *Tit.* III, 5.
vindicatur, Lipsiæ MDCCXXX. defensus autem est Elsnerus
IAMIN. SAINT AVBIN *adsertione elsnerianæ interpretation*
cofurti ad Oder. MDCCXXXII. confer: *samlung von alt*
neuen theolog. sachen, 1732. p. 834.

** *acta eruditor.* MDCCXXVI. p. 44. *acto*
tom. IX. p 278. *samlung von alten vnd ne*
p. 590. 1725. p. 455. COLERI *auserle*
lum. II. p. 752.

citer sequutus est atque eruditionem ostendit non m
crem. Industriam suam præcipue ad id adhibuit, vt
ac dictiones librorum noui fœderis, maxime rariores a
ficiliores, ex scriptoribus græcis curatius explanaret ac m
straret, quid illæ significent: quæ sit earumdem vis. I
particulis atque ellipsibus lucem adferret ac vocabula
taret, quibus euangelistæ atque apostoli sæpe; scriptor
tem profani raro vsi sunt, in eo itidem operam suam p

ELIAE PALAIRET *obseruationes philologico-critic
cros noui fœderis libros, quorum plurima loca ex a
potissimum græcis exponuntur, illustrantur*,
Lugduni Batauorum MDCCLII. 8. * quæ inter scripta
huius locum cum laude tuentur atque auctoris doc
ac iudicium commendant. Breuiores sunt illæ ac
præcipue ad voces dictionesque.

Fuerunt alii eruditissimi viri, qui eamdem ration
cula diuina, inprimis noui testamenti, interpretandi
lustrandi, inierunt et ex scriptorum profanorum
tis adiumenta sumserunt. Sunt in illorum ordi
mus Camerarius, Victorinus Strigelius, Theod
Hugo Grotius, Io. Pricæus, Erasmus Schmidius,
Heinsius, Isaacus Casaubonus, Alexander Morus,
lus Colomesius atque alii, quorum scripta ad locu
haud refero, quoniam in illis non singulari studio e
terum scriptorum græcorum testimonia adlata sunt;
ea postea percensendi, habebo occasionem. Quo
ra enarrare velim, me adiungere posse, existimo
CHARIAE BOGANI *Homerum ebraizantem; s
parationem Homeri cum scriptoribus sacris, quoad
loquendi*, cui *Hesiodus* ὁμηρίζων subiicitur, Oxonii M
8. ac IACOBI DVPORTI *gnomologiam Homeri*, cu
ci parallelismo ex sacra scriptura et gentium scriptori
tabrigiæ MDCLX. 4. vna cum FRIDERICI ANDREAE
BAVERI disputatione, cuius inscriptio est: *profana i
hoc est, specimen illorum, quæ ex scriptorib*

* *acta erudit.* MDCCLVII. p. 451.

foederis tabulis obuia sunt, Ienae MDCCXXXV. PHILIPPI OLEARII dissertatione de *scripturis a Paulo apostolo allegatis*, Lipsiae MDCCL. IO. ...HLERI *obseruationibus in sacrum codicem, ...ptoribus graecis et arabicis*, Lipsiae MDCCLXIII. 4. ... de stilo noui testamenti, antea a me com... sunt, qui itidem studia sua in eo collocarunt, vt ... graecum euangelistarum atque apostolorum esse ... elegantem, ex antiquioris Graeciae libris pro...

...is nullum dubium sit, quin multa scripturae sacrae ...oribus profanis illustrari queant; si tamen haec ... ratio rite adhiberi debeat, opus est cautione. ...illum, qui hac in re iustum modum haud tenent: ... saepe ostentationis caussa scriptorum pagano... ...monia cumulant atque auctoritati illorum plus, ... tribuunt. Nec considerate satis agitur, quan... ...ae profana effata inter se comparantur, quae ver... ...; diuersa autem significant. De vitiis his expo... LAVRENTIVS MOSHEMIVS in *cogitationibus phi... ...eo, quod iustum est circa litterarum sacrarum ex ...oribus interpretationem et emendationem*, Kilonii ... 4. qui autem quum satiram scripsisse; nec in re... ... moderatum se praebuisse, nonnullis videretur, ... ille satisfecit. Opposuit ei IO. ANDREAS ...VS *dissertationem criticam de interpretatione no... ...i ex scriptoribus profanis*, Vitembergae MDCCXXII. ... prodiit: *untersuchung der clefelischen disputa... ...Mosheim von der erklärung des neuen testaments ...ischen buchern*, Coloniae MDCCXXIII. 4. Adda... ...RTINI FRISII dissertatio de *vsu et abusu graeco... ...ptorum in illustrando nouo testamento*, Kilonii ...XIII.

§. X.

...er subsidia philologica, adhuc enarrata, sunt ...is interpres sacrarum litterarum omnino vtitur, ...i proposuit, illas adcurate feliciterque expla... ...cedunt merito adiumenta *historica* ac sumun-

tur

tur ex libris historiæ ipsius ac quæ illi lucem p chronologiæ, geographiæ ac genealogiæ: ant quoque ac veterum morum. Quum monimen bus hæc haurire debemus, vel sacra sunt; ve resque ad iudæos, christianos ac gentes su pertinent, cautione opus est, si scriptores paga care atque ex illis codicem diuinum illustrare nosque præcipue nimium deuitare oportet. Ip hæc varia sunt; hoc autem nomine ingenii en menta, quæ consuli possunt, argumentis sui differunt ordoque requirit, vt distincte enarre

Primum huc referenda sunt scripta *historiæ*, atque ecclesiasticæ; tum profanæ. Quæ ad illa prioris pariter ac posterioris fœderis, ea supra monimenta autem profana maxime de reb tium, in litteris sacris vtriusque testamenti mem prætereo, quum ea ab aliis in *bibliothecis historicis* studio enumerata sunt. Non possum tamen silenti mittere librum, quo præcipue capita historiæ sacræ recensentur atque illustrantur, ita vt interpres codi ab isto vtilitatem promittere sibi queat. Est ille: COBI SCHMIDTII *biblischer historicus; oder zur biblischen historie vnd deren furnemsten theilen, graphie, chronologie, vniuersalhistorie, biblischen abgötterhistorie vnd antiquitäten, zum rechten verst heiligen schrift in solche kurtze; doch deutliche ord bracht vnd mit grundlichen anmerckungen verseh* MDCCXXVIII. 8. * Quam vtilis quamque necessa gnitio historiæ romanæ in interpretatione noui fœde dit: IO. TOBIAS KREBSIVS *de vsu et præstantia historiæ in noui testamenti interpretatione libello*, MDCCXLV. 8. ** In iisdem noui testamenti libris quædam sunt, quibus historia philosophica lucem

* *deutsche acta erudītor. volum.* XII. p. 535. COLERI *theol. biblioth. vol.* III. p. 1068. *samlung von alten vnd ne iog. sachen*, 1728. p. 151. LILIENTHALII *exegetische* p. 450.

** *acta erudītor.* MDCCXLVI. p. 368.

ilosophica illustrantur, coniunctim prodierunt, Ie-
XXVII. 8. Constitueram quidem, duas alias par-
iisque maxime loca noui testamenti explicare, quæ
tatibus græcis ac romanis historiaque ciuili lucem
; varia autem oblata fuerunt impedimenta,
ipsi voluntati meæ adhuc satisfacere potuerim.
quodammodo liceat: IO. HERMANNI ELS-
dissertationem inscriptam: *philosophumena*, *viris*
ere adficta, Vitembergæ MDCCXV. quum illa præ-
la, ex quibus discendum est, prudentia ac iudicio
si philosophorum veterum sententias ad sacros li-
ferre velimus. Quæ lucem viderunt, PAVLLI
obseruationes grammaticæ de quibusdam noui te-
bilosophismis; seu dictionibus philosophicis, Lipsiæ
VI. interpreti quidem librorum noui fœderis com-
: sunt; quum autem adiumenta tantum philolo-
ditant, locum hunc haud tueri possunt.

modum *chronologia* ac *geographia* lumina sunt
in interpres librorum sacrorum illis haud carere
ue cognitione earum instructus intelligit, quales
orum ac locorum codicis diuinioris rationes, in
s monimentis vtriusque testamenti faciliori atque
i studio versatur. Non desunt scripta chronolo-
ographiæ cum vniuersæ; tum sacræ ac biblicæ,

censui. Profanæ etiam genealogiæ studium vtile e
in scripturis diuinis mentio fit regum Assyriæ, Per
diæ, maxime Syriæ ac Aegypti, quorum stirpes ac
vbi quis ignorat, multa codicis sacri loca difficulter
get. Quum et sunt in scripturis sacris, quæ ex anti
bus; siue ritibus ac moribus veterum lucem accipiu
quoque interpreti librorum diuinorum vtilia adiumen
bent, si vsus earum considerate prudenterque ad
Scriptorum, quibus locus hic tribuendus est, duo g
nera. Alia ipsas antiquitates complectuntur, cum e
christianas, ecclesiasticas, quæ supra recensui; tum g
superstitiosarum, Græcorum, Romanorum atque aliar
que generatim explanant. Alia speciatim ad ritus
quorum in codice vtriusque fœderis mentio fit,
consilio composita sunt, vt ex illis, siue ritus illi s
siue profani, loca scripturæ illustrentur. In censu
veniunt:

IO. CONRADI DIETERICI *antiquitates bibl*
bus decreta, prophetiæ, sermones, consuetudines
dicta veteris testamenti de rebus iudæorum et
qua sacris, qua profanis expenduntur, post auct
cura *Io. Iusti Pistorii* editæ, Giessæ MDCLXXI. fol.
iam supra memoraui, quum scriptores de ritibus ge
enarraui; id autem ad hunc quoque locum refe
existimo atque addo, mediocrem eius dignitatem
vtilitatem. Deprauatum illud non solum est perm
rarum vitiis; sed res etiam, sine adcuratiori ordine
ctu dispositæ ac collectæ, exhibentur atque ita co
sunt, vt titulum *antiquitatum biblicarum* iure
queant: *

IO. ANDREAE QVENSTEDII *antiquitates*
ecclesiasticæ, Vitembergæ MDCLXXXVIII. MDCXCIX.
licet itidem iam recensuerim; eas tamen loco hoc p
terire nolui, vt syllabus auctorum, nunc enumera
maiorem industriam atque adcurationem monstrare

* LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p.
talogus bibliothec. theolog. p. 287.

*, græcarum et romanarum in explicandis obſcurio-
ra ſcripturæ dictis, ad antiquitates eccleſiaſticas, po-
: œconomicas veterum alludentibus*, Schleuſingæ
. 8. * qui libellus veluti ſpecimen operis maioris,
re ſuſcepti, prodiit; ipſa autem explanatio vberior
ſtea vidit ſub titulo: *antiquarius ſacer, quam plu-
lia atque obſcuriora ſacræ ſcripturæ dicta ex ſtatu ec-
politico, militari atque œconomico Ebræorum, Roma-
que Græcorum illuſtrans et explicans*, cum mantiſſa
num de mari æneo templi Salomonis: de omini-
is: de machina pro inuenienda longitudine locorum
ca Noæ, Francofurti MDCCXIX. 4. **

ELIS FRIDERICI BVCHERI *antiquitates bibli-
mo teſtamento ſelectæ, conſuetudines, ritus, formulas
examinantes*, Vitembergæ MDCCXXIX. 4. *** Loca
. trium priorum euangeliſtarum ex antiquitatum,
ebræarum, monimentis illuſtrantur, ea ratione, vt
locis illis præcipue occaſionem ſumat, ſingularia ri-
rum argumenta vberius explanandi ac multa, quæ
geſta fuerunt, ſine debito ordine ac delectu ad-
:

ISTOPHORI SEMLERI *antiquitäten der heiligen*
quod compendium prodiit Halæ MDCCVIII.
VI. 12. ac cum PAVLLI CHRISTOPHORI HOEPF-
Hieroſolyma antiqua, MDCCXXXII. 8. * Exponitur

illo de paradiſo, arca Noæ, tabernaculo, templo Sal[omonis] atque aliis rebus, eo docendi modo, qui quæſtionib[us] reſponſionibus abſoluitur:

IO. GODOFRED. VNGERI *analecta antiquari[a]* Lipſiæ MDCCXL. 8. * quibus auctor de cingulis veteru[m] antiquitate κυνοφορίας ignominioſæ: de ξενοκτονία ritu antiquo: de nauium ſuccingendarum apud vete[res] tione erudite ac diligenter commentatur ſimulque va[rie] terarum ſacrarum loca ex antiquitatibus his illuſtrat:

IVLII CAROL. SCHLAEGERI *diſſertationum* [...] *de antiquitatibus ſacris et profanis faſciculus*, He[lmſt.] MDCCXLII. 4. ** quo coniunctim exhibentur: [...] MILLII *oratio de variis virorum doctorum in an[tiquitati]bus ſacris et orientalibus erroribus*: IO. REISKII [diſſerta]*tio de ſcriptorum romanorum iudaicam circa hiſtori[am] narratiunculis*: GEORG. CASPAR. KIRCHMAIERI [diſſer]*tatio ad Taciti hiſtoriarum libri quinti capita aliqu[ot] de rebus moribusque iudæorum*: IO. GEORG. [...] *elenchus errorum, a Iuſtino, epitomatore Trogi,* [...] *iudaicas libro XXXVI. capite ſecundo admiſſorum*: [...] PERINGERI *exercitatio de templo Herculis ga[ditani]*: HENRICI MEIBOMII diſſertatio de *incubatione* [...] *deorum, medicinæ cauſſa olim facta.* Qui opuſcula h[æc] legit ac iuris publici fecit, SCHLAEGERVS præfatus [de] fontibus præcipuis, ex quibus ſcriptorum profanoru[m] res, circa res iudaicas admiſſi, fluxerunt. Pauca q[uidem] illis habentur, quæ ad ſcripturam ſacram, ex ritibus [...] illuſtrandam, pertinent; quodam tamen modo ea ad hunc referri poſſe, exiſtimo:

CHRISTIANI BRVNINGS *compendium anti[quitatum] græcarum e profanis ſacrarum*, cum adpendice de [...] *Romanorum*, Francofurti ad Mœnum MDCCXXXIV. [...] rum auctius atque emendatius, ibidem MDCCXLV. [...] quod compendium elegans eſt atque ad ſacras litter[as] [...]

---

* *ſamlung von alten vnd neuen theolog. ſachen*,

** *ibidem*, 1742. p. 497.

*** *nachrichten von den neueſten theolog. buch[ern]*

um veterum ritibus consuetudinibusque apte illustran-
positum. Quae iam commemoraui, scriptis addi
: THEODORI IANSON. AB ALMELOVEEN opusc-
ELII ADAMI obseruationes et exercitationes. at-
generis huius monimenta; omitto autem illa, quum
a me enarrata sunt.
etiam, qui singularia antiquitatis profanae capi-
planarent, vt variis codicis sacri locis lucem praebe-
apud veteres varia gymnastica exercitia, a quibus
ctiones a scriptoribus oraculorum diuinorum, ma-
Paullo in epistolis, vsurpatae sunt, hae ex antiqui-
monimentis omnino illustrari debent. Spectant huc:
I. LYDII agonistica sacra, edita primum Roterodami
. 12. deinde cum IO. LOMEIERI additamentis,
ae MDCC. 12.* ac dissertationes IVSTI SCHOEP-
de loquutionibus Paulli gymnicis, Vitembergae
IV. et IO FR. GVHLINGII de loquutionibus
ex palaestra Graecorum veterum repetitis, Vi-
E MDCICXXVI. Idem LYDIVS syntagma
de re militari; nec non de iureiurando dissertatio-
logicam reliquit, quod opus post auctoris mortali-
itam ex tenebris in lucem protulit Salomon van Til
illustrauit, Dordraci MDCXCVIII. 4. ** belgice
versum nouisque adnotationibus instructum ab Adria-
, id prodiit Roterodami MDCCIII. 8.
am narrationem scriptorum finiam, qui litteris
libris auctorum superstitiosorum diuersa ratione il-
, operam dederunt, non possum, quin et opus
IPPI PICINELLI adducam eique vltimum locum
, quum illud ita conscriptum sit, vt difficile esse videa-
ad certum ordinem librorum, de quibus adhucdifferui,
. Non dictiones: non antiquitates tantum litterarum
ex monimentis profanis ibi illustrantur. Prodiit
oc, satis notum, primum sermone italico, sub titu-
mi reflessi, ouero concetti della sacra biblia osseruati ne'
i volu-

* uditor. MDCC. p. 525.
** MDCXCVIII. p. 249.

[illegible] *sacri*, Mediolani MDCLXVII.
[illegible], inscriptione hac: *lumina reflexa;*
[illegible] *classicorum ac ethnicorum auctorum exa*
[illegible] *singulis capitibus ac singulis pene ver*
[illegible] *vniuersae, tam veteris; quam nou*
[illegible] *instar commentarii ad totam sacram scri*
[illegible] *plerumque sanctorum patrum sententiis et*
[illegible] *extirpenda vitia virtutesque amplectendas ad*
concionatoribus, oratoribus, historicis, politicis et
[illegible] *adferens vtilitatem ac eruditionem*, Fra
Moenum MDCCII. fol. * quam latinam inter
Augustinus Erath confecit. Operam suam auct
in eo posuit, vt scripta sacra cum profanis confe
sit inter vtraque consensio, monstraret, siue illa
dictiones; siue ad res easque historias et fabulas
plurium numinum cultu ac superstitione deprauat
tineat. Quae omnia non sine eruditione quidem
dustria persequutus est; non tantam autem vtilita
tam nonnulli sibi persuadent, interpres oraculoru
rum a libro hoc promittere sibi potest.

Qui in explicandis libris cum veteris; tum
menti feliciter versari vult, illum nummos quoqu
telligere oportet ac scire, qualis eorum sit ratio:
lor; siue pretium. Multa ingenii monimenta in
dierunt, quae hanc in rem consuli possunt. Exsta
STANISLAI GRSEPSII opusculum de *multipl*
talento ebraico; *item de mensuris ebraicis*, *tam*
quam liquidorum. Praemissa est epitome de pon
mensuris, quae apud profanos leguntur auctores,
potissimum desumta, Antuerpiae MDLXVIII. 8. **
HENRICI BVNTINGII liber de *monetis et*
sacra scriptura, Helmstadii MDLXXXIII. 4. ***

MI

---

* [illegible], MDCCII. p. 172. BAVMGARTENII *nach*
[illegible] *büchern volum.* I. p. 151. NICERONI
[illegible] XXXIX. p. 118.

** [illegible] hic locum obtinuit in *opusculis*, *quae ad*
[illegible] *sacram spectant*, *fascicul.* II. p. 302.

*** [illegible] editiones ac versiones libri huius recensen
[illegible] *sacra* p. 657. num singulae recte; an m
[illegible]

IO. CHR. KLEMMII libellus de *nummis Ebræ*[…] bingæ MDCCXXX. 4. Præter ABR. CALOVIVM c[…] tatione de *nummis ebræis et græcis iuxta sacrum cod*[…] alii adiungi possunt, qui oblata occasione de numm[…] exposuerunt: IO. BAPTISTA VILLALPANDVS, * […] BARTOLOCCIVS, ** IO. LEVSDENIVS, *** IO. HA[…] NVS, * SALOM. DEYLINGIVS, ** ERASMVS FR[…] CHIVS *** atque alii: *

Ex nummis quoque gentium profanarum lumen a[…] dendum esse ad tabulas posterioris fœderis explana[…] eruditione monstrauit: GOTTLOB. ERDMANNVS […] CHIVS in *specimine obseruationum in nouum testam*[…] *numismatis antiquis*, Vitembergæ MDCCXLIII. 4. ** […] bus dissertationibus, inscriptis: *obseruationes ex num*[…] *quis sacræ*, Vitembergæ MDCCXLV. *** quarum […] præside quidem *Io. Guil. de Berger* proposuit ac […] vtramque autem ipse conscripsit. Quæ quum num[…] ptis rei nummariæ disserui, illis addere libet: VAL[…] ERNESTI LOESCHERI tres dissertationes simili[…] ti, quarum prima de *nummorum veterum in theo*[…] *catione sacræ scripturæ et ecclesiasticæ antiquitatis* […] diit Ienæ MDCXCIV. secunda de *nummariæ rei* […]

---

* *commentar. in Ezechielem tom.* III. p. 180. 383.

** *bibliothec. rabbinic. part.* IV. p. 158.

*** in *philologo ebræo mixto* p. 186. vbi est dissertatio de […] *et ponderibus, in sacra scriptura vsitatis.*

* in *chronologia veteris testamenti* p. 603. *operum* eius *selector*[…] stelodami MDCCIX. fol.

** qui *obseruation. sacrar. part.* III. p. 222. de *re nummari*[…] *rum* disserit.

*** in *prolegomenis* ad eiusdem *annales regum Syriæ part.* I. […]

* videantur: BANDVRII *bibliotheca nummaria*, quam […] sionibus auctam, iterum litteris describendam *Fabricius* […] Hamburgi MDCCXIX. 4. HIRSCHII *bibliotheca* […] rinbergæ MDCCLX. fol. FABRICII […] XVI. p. 787. *catalog. biblioth. bunauianæ* […]

** *samlung von alten und neuen theolog. sach*[…]

*** *ibidem*, 1746. p. 1078.

ac tertia de *rei nummariæ vsu in explicatione sa-itatis*, Vitembergæ MDCXCV. *

as denique itinerum eorumque inprimis, quæ in versus solis ortum sitas, facta sunt, interpreti codi-inseruire posse atque egregia præbere adiumenta; e diffitebitur, nisi qui eiusmodi narrationes num-it; aut illarum plane sit ignarus. Eam ob rem ii per-rem susceperunt, qui studia sua ad scripturas sacras runt, vt eas ex itinerariis illustrarent. In numero eo-IDERIC. MATTH. LVFTIVS, qui edere cœpit: *bi-terungen aus den morgenländischen vnd andern reise-gen*, Noribergæ MDCCXXXV. 8. mors autem im-n iniecit, quo minus in scriptione hac longe pro-rit. Sequutus est exemplum eius BALTHASAR 'S ESKVCHE in *der erläuterung der heiligen morgenländischen reisebeschreibungen*, cuius scripti rima pars lucem adspexerat, Lemgouiæ MDCCXLV. illam sequutæ sunt.

sidiorum historicorum, quæ nunc enarraui, requi-em prudentiamque, vbi is rite ac feliciter fieri rimis quando interpres de codice sacro, ex riti-is illustrando, cogitat. Maxime cauendum ac m est, ne scriptoribus, siue sacri illi sint; siue ntiquitates atque alias res tribuamus, quæ ipsis nquam in mentem venerunt; aut talia profana ac sacra in profanis quæramus, qualia ibi non ctat huc: CHRISTIAN. GOTTLIEB. IOECHE-ntatio de *antiquitatibus, in sacro codice frustra* psiæ MDCCXXXIV.

§. XI.

iis hermeneuticis, philologicis ac historicis, isserui, *philosophica* adiungenda sunt. Sin-a philosophiæ disciplinæ interpretem codicis sacri

eius libro, cuius titulus est: *stromateus; siue dissertatio-* *litterarii argumenti* p. 153.

en von den neuesten theolog. büchern, volum. IV. p. 325.

ſacri adiuuant, ſi illæ ad vſum recte ac pri
hibentur; inprimis autem *phyſica* vtilitatem
mediocrem. In ſcripturis enim ſacris non ſ
ſime mentio fit arborum, herbarum, plantar
lium, gemmarum atque aliarum rerum 1
ſed etiam in iisdem habentur parabolæ, ſimi
dictiones, ita formatæ, vt diuina comparent
quæ ad regnum naturæ pertinent, horumqu
præ ſe ferant. Quæ omnia ab eo facilius intelli
explanari poſſe, qui phyſicæ peritus eſt, omni
caret. Immo ſi miracula, quæ in litteris ſacris
rantur, explicanda ac contra irriſorum inſultu
da ſunt, dicta diſciplina nobis itidem ſubue
oſtendit, quales ſint vires ac leges naturæ, p
bis facultatem, miracula adcuratius interpre

Scripta loci huius vel ad phyſicam ſacram
vel tantum ad partes eius pertinent. In illis nun

FRANCISCI VALLESII de *ſacra philoſ
bis, quæ ſcripta ſunt phyſice in libris ſacris*, lil
cuius multæ exſtant editiones. In lucem proc
moratur, Lugduni MDLIII. MDLXXXVIII. MD
MDCXIX. MDCXXII. 8. MDCLII. 12. Taurini M
Francofurti MDXC. MDC. MDCVIII. MDCLXV
Omnibus fere editionibus his propter argume
nem libri LEVINI LEMNII de *plantis ſacr*
CISCI RVEI de *gemmis* adiuncti ſunt. Prim
fuit Valleſius, qui res naturales ſcripturæ ſac
ſed de illis ita quoque commentatus eſt, vt eru
dicii plura dederit documenta. Non ſemper q
ribus vtitur argumentis ad ſententiam probanc
quædam inter ea interdum referre videtur,
in naturæ viribus poſita eſt: multa, maxime l
fœderis, vel plane omiſit; vel negligenter pe
vero omnia hæc excuſanda ſunt, quum Val
habuerit, quem ſequeretur; aut de phyſicis ſa
poſſet: *

* ANTONII *bibliothec. hiſpan. nou. tom.* I. p. 376. F
ria bibliotheca part. VI. p. 4. LILIENTHALII *exeg*
p. 452. *eſſais de litterature tom.* II. p. 308.

tum ciuilis; *tum ecclesiastica*, Francofurti et Lipsiæ MDCC 4. duobus voluminibus: *

SAMVELIS BOCHARTI *hierozoicon*; *siue bipertitum* ... *animalibus sacræ scripturæ*, Londini MDCLXIII. fol. Franc... MDCLXXV. fol. ** Pars prior libris quatuor constat iisque ... de animalibus in genere et de quadrupedibus viuiparis ... paris; partis autem posterioris sunt libri sex, de aui... pentibus, insectis, aquaticis et fabulosis animalibus. ... est, quod plane singularem eruditionem æque ac ind... auctoris commendat: in interpretatione librorum sa... magnam vtilitatem præbet atque optimo iure inter ... genii monimenta de anim[...]ibus scripturæ sacræ pr... locum tuetur; nec solum inter hæc; sed etiam inter ... Bocharti scripta. *** Duo e[...]us compendia prodierunt ... paullo post sigillatim recensere, animus mihi est:

IO. HENRICI VRSINI *animalia biblica*, N... MDCLXVI. 8. de quibus non singulari; sed varia... libro commentatus est: *

GODEFRIDI MVLLERI *θηρολογία biblica*, ... gæ MDCLXXVI. 8. qua de quadrupedum terrestr... rum mentio fit in sacris litteris, vario vsu, mystic... tione atque aliis exponitur. Liber est non magn... famæ; attamen non contemnendus: **

Catena in beatissimum Iob absolutissima, e quatuor Græciæ doctorum explanationibus contexta, in luc primum cura *Laurentii Cum Deo*, Lugduni MDCL deinde studio *Paulli Comitoli*, qui græca in latinum conuertit, cum accessionibus, Venetiis MDLXXXVI dictus Comitolus tribuit catenam hanc Olym alii autem, grauioribus argumentis muniti, Nicetam, heracleensem archiepiscopum secu

cimi eius esse auctorem. Catenam hanc *Patricius Iunius* primus græce iuris publici fecit: noua latina interpretatione instruxit variaque addidit. Titulus operis huius est: *catena græcorum patrum in beatum Iob, collectore Niceta, Heracleæ metropolita, ex duobus manuscriptis bibliothecæ bodleianæ codicibus græce nunc primum in lucem edita et latine versa opera et studio Patricii Iunii, bibliothecarii regii. Accessit ad calcem textus Iobi* στιχηρῶς, *iuxta veram et germanam septuaginta seniorum interpretationem, ex veneranda bibliotheca regiæ manuscripto codice et totius orbis antiquissimo ac præstantissimo*, Londini MDCXXXVII. fol.

BALTHASARIS CORDERII *expositio patrum græcorum in psalmos, ex codicibus* ἀνεκδότοις *concinnata, in paraphrasin, commentarium et catenam digesta, latinitate donata et adnotationibus illustrata*, Antuerpiæ MDCXLIII. fol. Constat opus hoc tribus tomis, ita diuisum, vt singuli quinquaginta psalmos complectantur. Exhibetur primum ad quosuis psalmos argumentum et paraphrasis insignis græci anonymi scriptoris, vna cum Theodori, Heracleæ in Thracia episcopi, commentario, ex manuscriptis codicibus. Sequitur ipsa catena ex variis antiquis patribus græcis, quam Corderius ex libris, manu exaratis, recensuit; vltimum autem locum tenent eiusdem adnotationes in psalmos singulos:

FRANCISCI DE PVTEO *catena aurea super psalmos ex dictis sanctorum patrum*, Parisiis MDXX. 4.

ALOYSII LIPOMANNI *catena in psalmos decem priores*, ex auctoribus græcis latinisque collata ac post illius mortem a fratre *Andrea Lipomanno* edita, Romæ MDLXXXV. fol.

Catena aurea doctorum græcorum in quinquaginta dauidicos psalmos, quam *Daniel Barbarus* latine reddidit ac publicæ luci exposuit, Venetiis MDLXIX. fol.

Catena græcorum patrum in prouerbia Salomonis, cuius latinam interpretationem quum *Theodorus Peltanus* reliquisset, *Andreas Schottus* ad vsum publicum illam transtulit, Antuerpiæ MDCXIV. 8. Addita est GREGORII *thaumaturgi* [illegible] *rasis in ecclesiasten*, latine ac græce cum adnotationi- [illegible] catalogo eorum, qui in Salomonis prouerbia, eccle- [illegible] canticum canticorum commentati sunt. Accessit

 quo-

quoque MICHAELIS PSELLI *paraphrasis in canticum c*
ticorum, in sermonem latinum conuersa:

Catena patrum græcorum et latinorum in Ieremiam,
locum obtinuit in MICHAELIS GHISLERII *comment.*
in Ieremiam, Lugduni MDCXXIII. fol. tribus voluminil
Addita est catena patrum in *lamentationes Ieremiæ et Bar*

THOMAE AQVINATIS *catena aurea in quatuor e*
gelia, quæ latina lingua quidem; at ex græcis latinisque
tribus composita est. Prodiit illa non solum ab a
MCCCCLXXIV. sæpius separatim variis locis; sed etiam
THOMAE *opera* translata. Editiones post annum MDL
a recentiore manu interpolatas esse, eruditi viri animad
tunt. * Ipsa expositio hæc quatuor euangeliorum in rec
tioribus editionibus inscribitur *catena*; in antiquioribus
tem *glossa continua* adpellatur, ex quo suspicari licet, T
mam ipsum vocabulo *catenæ* haud vsum esse:

Catena græcorum patrum in Matthæum, cuius duo t
exstant. Alter in lucem exiit sub titulo: *symbolarum in M*
thæum tomus prior, exhibens catenam græcorum patrum v
et viginti, nunc primum [illegible] *itam, ex bibliotheca Carol*
Montchal, archiepiscopi tolosani, Tolosæ MDCXLVI. fol. E
gauit tomum hunc *Petrus Possinus*, ea ratione, vt græca
curate recenseret: interpretationem latinam, vna cum
tis ac libro de *concordia euangelistarum in genealogia chr*
adderet. Alter tomus inscriptionem præfert: *symbolarun*
Matthæum tomus alter, quo continetur catena patrum gr
rum triginta, collectore Niceta, episcopo Serrarum, To
MDCXLVII. fol. Editus ille est ex codice manuscripto
ctoris Bauariæ, cum *Balthasaris Corderii* versione lat
Tribuitur quidem catena hæc *Nicetæ*; illum autem vere
ctorem eius esse, non probari potest:

Catena græcorum patrum in euangelium secundum Marc
Romæ MDCLXXIII. fol. Collegit catenam hanc *Petrus*
sinus, ex codicibus manuscriptis recensuit, digessit ac
nam versionem addidit. Præmissum est PROCOPII

* vide: SIMON *histoire critique des principaux commentateu*
neau testament cap. XXXIII. p. 473.

...um in euangelistam Marcum accessitque, praeter alia, POS-...INI *spicilegium*; siue commentarius in loca selecta qua-...or euangeliorum:

Catena sexaginta quinque graecorum patrum in sanctum Lucam, quae quatuor simul euangelistarum introducit explica-...em, luce ac latinitate donata et ex aliis patribus, tam graecis; quam latinis, suppleta et adnotationibus illustrata a Balthasare Corderio, Antuerpiae MDCXXVIII. fol. Voluit qui-...dem Corderius catenam hanc graece ac latine edere; quum ...tem iniquitas temporum impediret, quominus ad graeca ...scribenda sumtus suppeditaretur, interpretationem suam ...nam tantum in lucem emisit:

Catena graecorum patrum in sanctum Ioannem, ex antiquis-...graeco codice manuscripto nunc primum in lucem edita a Bal-...re Corderio, Antuerpiae MDCXXX. fol. Quum Corderius ...xisset, viros doctos eosque linguae graecae peritos aegre ..., quod *catenam graecorum patrum* latine tantum edidis-...nc catenam in Ioannem vtraque lingua, et graeca; et ..., iuris publici fecit. Est illa ceteris adcuratior:

Catena explanationum veterum sanctorum patrum in acta ...rum et epistolas catholicas, Ioanne Bernardo Feliciano ...prete, Venetiis MDXLV.

Catena graecorum patrum in cantica veteris et noui testa-...ti, edita ab *Antonio Caraffa*, Patauii MDLXIV. 4. et ite-...tum *catena in pentateuchum*, cuius antea mentionem fe-..., Coloniae MDLXXIII. 8. Praeter catenas has, a nonnullis ...memorantur, vti: PROCOPII GAZAEI *catena in octo-...chum*; siue octo priores libros veteris testamenti: SAN-...TIS PAGNINI *catena argentea super pentateuchum et super ...er psalmos*: FLORIANI NONNII *catena argentea in pri-...caput geneseos*: PONTII CARBONELLI *catena in vniuer-...biblia*. Sed scripta haec iis catenis, de quibus disserui, iure ...adnumerari possunt, quum illa partim ex monimentis ...rum doctorum; siue patrum haud collecta sunt; partim ...nam, catenarum patrum propriam, minus prae se habent. *

...catenis patrum notitiam suppeditant: ITTIGIVS *tractatu de ...bliothecis et catenis patrum*, qui Lipsiae MDCCVII. 8. prodiit: WOL-

quoque MICHAELIS PSELLI *paraphrasis in ca*
ticorum, in sermonem latinum conuersa:

Catena patrum graecorum et latinorum in Iere
locum obtinuit in MICHAELIS GHISLERII *c*
in Ieremiam, Lugduni MDCXXIII. fol. tribus v
Addita est catena patrum in *lamentationes Ieremia*

THOMAE AQVINATIS *catena aurea in eu*
gelia, quae latina lingua quidem; at ex graecis la
tribus composita est. Prodiit illa non solur
MCCCCLXXIV. saepius separatim variis locis; se
THOMAE *opera* translata. Editiones post annu
a recentiore manu interpolatas esse, eruditi viri
tunt. * Ipsa expositio haec quatuor euangelioru
tioribus editionibus inscribitur *catena*; in antiqu
tem *glossa continua* adpellatur, ex quo suspicari
mam ipsum vocabulo *catenae* haud visum esse:

Catena graecorum patrum in Matthaeum, cuit
exstant. Alter in lucem exiit sub titulo: *symbola*
thaeum tomus prior, *exhibens catenam graecorum p*
et viginti, *nunc primum editam*, *ex bibliothe*
Montchal, *archiepiscopi tolosani*, Tolosae MDCXLV
gauit tomum hunc *Petrus Possinus*, ea ratione, v
curate recenseret: interpretationem latinam, vi
tis ac libro de *concordia euangelistarum in genea*
adderet. Alter tomus inscriptionem praefert: *sy*
Matthaeum tomus alter, *quo continetur catena pa*
rum triginta, *collectore Niceta*, *episcopo Serrar*
MDCXLVII. fol. Editus ille est ex codice manu
ctoris Bauariae, cum *Balthasaris Corderii* vers
Tribuitur quidem catena haec *Nicetae*; illum aut
ctorem eius esse, non probari potest:

Catena graecorum patrum in euangelium secund
Romae MDCLXXIII. fol. Collegit catenam hanc
sinus, ex codicibus manuscriptis recensuit, dige
nam versionem addidit. Praemissum est PROC

* vide: SIMON *histoire critique des principaux commenta* [illegible] *cap.* XXXIII. p. 473.

CLAVDII *taurinensis commentarius* in *epistolam ad Galatas*, Parisiis MDXLII. 8. praeter quem ex reliquis commentariis, ab eo scriptis, nullus lucem vidit:

FLORI MAGISTRI commentarius in *omnes sancti Paulli epistolas*, ex patrum scriptis compositus. Habetur in BEDAE *operibus*; cum autem fetum esse non Bedae; sed Flori huius, doctissimi viri monstrarunt:

CHRISTIANI DRVTHMARI commentarius in *euangelium sancti Matthaei*, qui in lucem exiit cura *Iacobi Wimphelingii*, Argentorati MDXIV. fol. ac studio *Menardi Moltheri* et *Ioannis Secerii*, Hagenoae MDCXXX. 8. Laudatur expositio haec tamquam lectione digna:

HAYMONIS commentarii in *psalmos*, Friburgi, Antuerpiae, Coloniae, Parisiis MDXXXIII. 8. in *Iesaiam* libris tribus, a *Nicolao Herborn* euulgatis, Coloniae MDXXXI. 8. in *duodecim prophetas* et in *cantica canticorum*, Coloniae MDXXXIII. 8. in *epistolas Paulli*, sine loci nota MDXXVIII. 8. Coloniae MDXXXIX. 8. quam expositionem sub falso REMIGII remensis nomine edidit *Io. Baptista Villalpandus*, Romae MDXCVIII. fol. et iterum Moguntiae MDCXIV. fol. atque in *apocalypsin* libris septem, Parisiis MDXXXV. 8. Commentarii hi Haymonis ex antiquioribus plerumque scriptoribus sumti sunt ac collecti:

RABANI MAVRI commentarii in *pentateuchum*, qui separatim prodierunt, Coloniae MDXXXII. 8. in libros *iudicum*, *Ruth*, *regum*, *paralipomenon*, *Iudith*, *Esther*: in *prouerbia Salomonis*: in librum *sapientiae*: in *ecclesiasticum*: in *Ieremiam*, *Ezechielem*, libros *maccabaeorum*, euangelium *Matthaei* atque *Paulli epistolas*. Omnes commentarii hi coniunctim editi sunt in RABANI MAVRI *operibus*, quae *Georgius Colvenerius* in lucem emisit, Coloniae MDCXXVII. fol. tribus voluminibus:

PASCHASII RADBERTI commentariorum in *euangelium Matthaei* libri duodecim: expositionis in *psalmum* XLIV. libri tres: expositionis in *threnos Ieremiae* libri quinque, qui separatim lucem adspexerunt, Basileae MDII. Coloniae MDXXXII. cum obtinuerunt explanationes hae in PASCHASII *operibus* a *Iacobo Sirmondo* publicae luci expositis, Parisiis [illegible] fol.

 REMI-

§. VI.

Aetate *media* nonnulli scripturis sacris ei
operam dederunt ac commentarios reliquerur
autem eruditione, qua idoneus oraculorum d
interpres instructus esse debet, carerent, expos
lorum frigidae sunt ac ieiunae. Inter monime
nii, quae ad posteros transmiserunt, locum habet
ordinaria et vti adpellatur, *interlinearis*. Non
tem latinae; sed graecae quoque ecclesiae doctore
runt, qui libros sacros interpretarentur.

Ad aetatem hanc scripta exegetica eaque latino
rum, quae nunc sequuntur, pertinent:

BEDAE commentarius in *pentateuchum*: in
prophetam; siue in priorem eius librum allegoric
libris quatuor: in libros *regum*, hoc est, libros
regum, quaestiones triginta: allegorica expositio
Nehemiam prophetas, libris tribus: libri *Tobiae* e
legorica: in *Iobum* libri tres: in *cantica canti*
septem, quae scripta vti ad vetus testamentum sp
alia eiusdem interpretationes librorum noui testa
plectuntur. Exstant commentarii in *quatuor eu*
acta apostolorum, vna cum commentatione de
locorum; vel ciuitatum, quarum in *actis apostolor*
fit: in *epistolas Iacobi*, *Petri*, *Ioannis* et *Iudae* ap
calypsin. Omnia haec coniunctim habentur in E
ribus, quae saepe in lucem prodierunt:

FLACCI ALCVINI; siue ALBINI *interroga*
sponsiones; siue *liber quaestionum in genesin*,
MDXXIX. 8. *expositio in septem psalmos poenitential*
mum CXVIII. et in *psalmos graduales*, Parisiis M
commentarii in *ecclesiasten*, Basileae MDXXXI. 8.
euangelium libris septem, Argentorati MDXXVII.
nes hae locum obtinuerunt in eius *operibus*, quae
Chesne; siue *Quercetanus* edidit, Parisiis MDCXVI

WOLFIVS dissertatione de *catenis patrum graecorum*
num manuscriptis, Vitembergae MDCCXI. FABRI
theca graeca volum. VII. p. 727. BVDDEVS *isagog. a*
vniuersam libr. II. *cap* 8. p. 1635. SIMON *histoire cri*
cipaux commentateurs du nouueau testament cap. XXX.

PETRI LOMBARDI *glossa in psalmos Dauidis*, ex selectis et orthodoxis auctoribus, Noribergae MCCCCLXXVIII. fol. Basileae MCCCCLXXXVI. Parisiis MDXLI. fol. *collectanea in omnes Paulli epistolas*, ex Ambrosio, Hieronymo, Augustino atque aliis, Parisiis MDXXXV. fol. MDXXXVII. fol. MDXLI. MDXLIII. MDLV. 8.

IOACHIMI, qui gente Calaber fuit, commentarius in *Ieremiam*, Venetiis MDXIX. MDXXV. 4. Coloniae MDLXXVII. 8. in prophetam *Iesaiam* ac nonnulla capita *Nahum*, *Habacuc*, *Zachariae* et *Malachiae*:

ALEXANDRI DE HALES commentarii in *psalmos*, sub *Bonauenturae* et maxime sub *Hugonis de Caro* nomine saepius editi, Venetiis MCCCCXCVI. Lipsiae MDLIV. Venetiis MDLXXV. Coloniae MDCXXI. fol. et in *apocalypsin*, Parisiis MDCXLVII. fol.

HVGONIS DE SANCTO CARO *postillae*; siue *breues commentarii in vniuersa biblia iuxta quadruplicem sensum*, litteralem, allegoricum, moralem, anagogicum, Venetiis et Basileae MCCCCLXXXVII. Basileae MCCCCXCVIII. MDIV. Parisiis MDVIII. MDXXXVIII. MDXLVIII. fol. sex voluminibus: Coloniae MDCXXI. Lugduni MDCXLV. MDCLXIX. fol. octo voluminibus:

THOMAE AQVINATIS expositio in librum *Iobi*: in *primam quinquagenam psalmorum Dauidis*, Lugduni MDXX. 8. in *canticum canticorum*, quae separatim in lucem exiit MDXLV. 8. MDLXXXVII. Parisiis MDCXXXIV. 4. in *Iesaiam* ac *Ieremiam* huiusque *threnos*, Venetiis MDXXVII. fol. quae tres expositiones a nonnullis THOMAE anglico adscribuntur. Exstat quoque eiusdem commentarius in euangelium *Ioannis* atque in *Paulli epistolas*, Basileae MCCCCLXXV. Bononiae MCCCCLXXXI. fol. ac saepius. Recensentur praeter haec, alia ingenii monimenta, quibus Thomas Aquinas libros sacros illustrauerit; viri docti autem recte adfirmant, Thomam hunc auctorem illorum haud esse. Editiones *operum* eius, in quibus et memorati libri exegetici locum habent, variae exstant. Prodierunt enim illa Romae MDLXXII. [M]DXCII. Antuerpiae MDCXII. Parisiis MDCLX. fol. multis [volu]minis. Referre et huc possum: DAVID LENFANT *biblia* [ex] *Thoma*; *siue explicatio locorum veteris testamenti ex* [eius]*dem scriptis*, Parisiis MDCLVII. 4. BONA-

BONAVENTVRAE expositio in *psalterium*, e *Ieremiae threnos*: in *caput* VI. *Matthaei* et in *Lu* ...niuntur interpretationes hae in eius *operibus*, qu... anno MDLXXXVIII. ad MDXCVI. fol. octo prodierunt:

ALBERTI *magni* monimenta ingenii exe... sunt: commentarii in *psalmos*: in *Ieremiae thre*... *ruch*: in *Danielem*: in *duodecim prophetas mino*... mo loco memorati, separatim lucem videru... MDXXXVI. fol. Praeter hos, reliquit ille comn... quatuor *euangelia*, Hagenoae MDIV. MDV. MDV... voluminibus, atque in *apocalypsin*, Basileae MDVI... haec constituunt quinque tomos, a septimo ad... *operum* eius, quae cura *Petri Iammy* prodieru... MDCLI. fol. vno ac viginti tomis:

NICOLAI DE LYRA, qui tempore hoc pri... pretum scripturae sacrae fuit, *postillae perpetuae*; *commentaria in vniuersa biblia*, quod opus L... constat. Multae sunt illius editiones, ita inter... vt aliae aliis meliores sint ac praestantiores. Prir... lucem prodiit Romae MCCCCLXXI. fol. quinqu... bus hancque eodem seculo plures sequutae sun... MCCCCLXXVIII. Venetiis MCCCCLXXXIII. MCC... Noribergae MCCCCLXXXVII. cum additamentis P... *gensis* ac DORINGII *replicis*, de quibus postea... ribergae MCCCCXCIII. MCCCCXCVII. cum adiun... tam marginalibus ANSELMI; quam interline... nariis HVGONIS DE SANCTO CARO et W... STRABONIS, ac praeter LYRANI *moralitat*... eiusdem libello *trium quaestionum*, *iudaicam per*... *tholica fide improbantium*. Basileae MCCCCXCVII... minibus: MDI. MDIX. Parisiis MDXX. Lugdu... Venetiis MDLXXXVIII. Editionibus his adcurati... emendatiorem ad vsum publicum transtulerunt: *Feuardentius*, *Io. Dadreus* et *Iacobus de Cuilly*, Parisiis MDXC. fol. sex voluminibus. Post ean... lucem viderunt Duaci MDCXVII. in *bibliis glossat*... rum duacenium: Antuerpiae MDCXXXIV. cur...

sancto Martino et in IO. DE LA HAYE *bibliis maximis*, Parisiis MDCLX. Commentarios hos de Lyrani industria non solum; sed etiam eruditione luculenter testari atque inter reliquas scripturae sacrae explicationes, tempore hoc compositas, omni iure principem locum tueri, communis virorum eruditorum sententia est. Peritus fuit auctor linguae ebraeae atque in rabbinorum scriptis diligenter versatus est; quum autem minorem sermonis graeci notitiam sibi comparasset, caussa haec est, cur vetus testamentum felicius atque adcuratius illustrauerit; quam nouum. Ex iudaeorum doctoribus inprimis sequutus est R. Salomonem Iarchi; siue vt alii eum adpellare malunt, Isaac eumque et in adnotationibus suis laudauit. In sensu scripturarum sacrarum litterali eruendo maiorem, quam multi alii temporis huius interpretes, operam posuit. Loca librorum noui foederis, quae ex antiquitate ebraica lucem accipiunt, singulari cura explanauit. Se libere sentire; nec per auctoritatem patrum de recta via deflectere, saepius ostendit. Omni tamen vitio opus, quod confecit, carere, minus existimandum est. Tribuit interdum iudaeorum effatis plus, quam decet. Sequitur dogmata Aristotelis non semper recte ac prudenter. Discessit in quibusdam a Thoma Aquinate huiusque caussam vt ageret, DIDACVS DEZA scripsit *defensorium* pro Thoma contra Lyranum, separatim Hispali MCCCCXCI. 4. et Parisiis MDXIV. 8. editum; postea autem eiusdem *praelectionibus nouarum defensionum pro Thoma Aquinate sancto* in *quatuor libros sententiarum*, Hispali MDXVII. fol. earumque volumini secundo subiectum. PAVLLVS *burgensis* composuit: *additiones ad Nicolai Lyrae postillas in sacram scripturam*, vna cum LYRANI *postillis*, Lugduni MDXC. ac saepius euulgatas. In illis varios errores Lyrano obiecit ac confutauit; nimio autem contradicendi studio incitatus, ipse a recta via aberrauit. Contra aduersarium hunc pro Lyrano pugnauit MATTHIAS DORING in *replicis aduersus Paullum burgensem*, quae cum Lyrani glossis in scripturam sacram saepius lucem viderunt:

DIONYSII CARTHVSIANI commentarii in *vniuersos sacrae scripturae libros*. Prodierunt illi Coloniae atque aliis locis inde ab anno MDXXXIV. fol. duodecim voluminibus; non singulare

quia apud homines meliorum litterarum rud
ritatem consequuta est, vt quisque, qui li
plicare atque intelligere vellet, ea vteretur
quoniam in margine collocatur. Auctor
FRIDVS STRABO; siue, vt ab aliis voc
Ipsa glossa hæc ita composita est, vt non o
glossæ tueri possit. Exhibetur sæpe comme
non satis, vti fieri debebat, explicantur:
adferuntur, quæ a sensu litterali discedunt v
quæ nullum momentum habent; nec ad
nent. Glossa hæc postea aucta est atque a
breuissima glossa, quæ quum inter textus l
bat, adpellatur *interlinearis*, ab *ordinaria* pı
Vitia habet, cum *ordinaria* communia. Iı
cibus obscurioribus explicandis atque indica
ficent; minus autem diligenter hoc ostend
mysticos sectatur ac plane ineptas adfert ety
pta est *glossa* hæc *interlinearis* ab ANSEL
Quæ memorantur, editiones glossæ ordinaı
sionum sunt: Noribergæ MCCCCXCIII. Ven
Noribergæ MCCCCXCVI. fol. sex voluminib
atque anno fol. tribus voluminibus: Basilea
fol. sex voluminibus: Parisiis MDXXIV. fol.
bus: Lugduni MDXXVIII. MDXLV. fol. se
Veneriis MDLXXXVIII. fol. quatuor volumi

Inter Graecos itidem aetate hac fuerunt, qui ingenia atque industriam suam ad id adhiberent, vt libros sacros interpretarentur. In eorum ordine sunt:

OECVMENIVS, cuius exstat: commentarius in *acta apostolorum*: in *epistolas septem catholicas* atque *epistolas Paulli*, qui cum ARETHA in *apocalypsin* prodiit graece, Veronae MDXXXII. fol. ac cum *Ioannis Hentenii* latina interpretatione cura *Federici Morelli*, Parisiis MDCXXXI. fol. duobus voluminibus. Quum collectus est commentarius hic ex variis auctoribus, a nonnullis adnumeratur ille *catenis*; recte autem hoc fieri, alii non sine caussa dubitant. Quamuis enim iste ex variorum scriptis compositus est; ipse tamen Oecumenius non raro sententias suas addidit. Ob breuitatem, cui maximopere studuit, explanatio eius non tam commentarii; quam certe plurimis in locis, scholiorum speciem prae se habet. Immo nondum supra omnem dubitationem positum est, Oecumenium commentarii huius auctorem esse:

MICHAEL PSELLVS, qui reliquit: *paraphrasin metricam in cantica canticorum*, editam latine Venetiis MDLXXIII. 4. Antuerpiae MDCXV. 8. graece cura *Io. Meursii*, Lugduni Batauorum MDCXVII. 4. Commentarius in *cantica canticorum*, ex Gregorio nysseno, Nilo et Maximo a Psello, vti creditur, collectus, non solum latine saepius prodiit; sed etiam graece ac latine: *

THEOPHYLACTVS, cuius ad nos peruenerunt: commentaria in *quatuor prophetas minores*, Habacucum, Ionam, Naum et Hoseam; capite autem primo ac parte secundi mutila. Prodierunt illa latine ex interpretatione *Io. Loniceri*, Parisiis MDXLII. 8. MDXLIX. 8. ac cum aliis Theophylacti commentariis, Basileae MDLIV. MDLXX. fol. Exstant etiam eiusdem commentarii in *quatuor euangelistas*, editi latine ex versione *Io. Oecolampadii*, Coloniae MDXXXVI. MDXLI. 8. graece Romae MDLII. fol graece ac latine, Parisiis MDCXXXI. fol. cum dicta *Oecolampadii* interpretatione. Acce-

* DVCAEI *auctario*; siue *bibliotheca veterum patrum*, tom. II. 81.

Accedunt commentarii in *epistolas Paulli*, græc
Londini MDCXXXVI. fol. atque in *acta apostol*
cum versione notisque marginalibus *Laurentii* S
loniæ MDLXVIII. Additæ sunt quædam patrum
Quæ in commentariis Theophylacti habentur,
ex patrum, præcipue Chrysostomi, scriptis depr
luti in epitomen redacta sunt:

EVTHYMIVS ZIGABENVS, cuius exstant:
rii in *omnes psalmos Dauidis* et in *decem sacra s*
tica, latine tantum editi. Lucem viderunt prin
MDXXX. fol. deinde sæpius, Parisiis MDXLIII
MDLX. Venetiis MDLXVIII. 8. Lugduni MDLX
THYMII *præfationem in psalmos*, satis longam,
tura, origine, vsu, scopo, vario genere, obscuri
nibus græcis psalmorum diligenter exponitur, g
ne iuris publici fecit STEPHANVS LE MOYN
psit EVTHYMIVS quoque commentarium in *q*
gelia, ex Chrysostomo atque aliis antiquis eccle
cum iudicio collectum; qui autem itidem lati
Io. Hentenio interprete, in lucem exiit, prim
MDXLIV. fol. deinde Parisiis MDXLVII. MDLX. M

§. VII.

Tempore *recentiori* maiora felicioraque
explicandis libris diuinis collocata sunt, quun
litteræ restitutæ ac sacra emendata essent.
hi inter se differunt, primum religione sua loc
illis tenent lutherani, reformati, pontificii, ar
si illos christianis adnumerare velimus, socin
quam diuersitatem adtendendum est, vt faci
adcuratius expositiones eorum diiudicemus.
inter se discrepant libris scripturæ sacræ, ad q
nandos operam suam adhibuerunt, illorumque
ses constitui possunt, ita vt ad primam ii perti
in vniuersam scripturam; aut plerosque illius l
mentati sunt: ad secundam, quorum interpret
certos tantum libros spectant ac denique ad te

* *variorum sacrorum tom.* I. p. 150.

[...]laria ac ſelectiora loca codicis ſanctioris illuſtra[...] Ordinem hunc in enarrandis commentariis ſe[...] atque interpretes ipſos, vti illi religione diuerſi ſunt, [di]ſtincte recenſebo.

Primus locus adſignandus eſt commentariis in *vniuerſam ſcripturam*; vel *plerosque* eius *libros*, cuius generis expoſi[t]iones inter *lutheranos* ſcripſerunt:

MARTINVS LVTHERVS, qui non perpetuum quidem [com]mentarium in omnem ſcripturam ſacram compoſuit; at[ta]men plerosque illius libros cum ſingulari ſtudio; tum obla[ta] occaſione illuſtrauit atque expoſitiones reliquit longiores [...] ac breuiores. Interpretem ſe probauit *geneſeos*, *deu[tero]nomii*, *pſalmorum* haud paucorum, *eccleſiaſtes*, *cantici can[tico]rum*, *prophetarum* maiorum et minorum, euangeliſtarum, [Ma]tthaei, *Lucae*, *Ioannis*, *actorum apoſtolorum*, *epiſtolarum ad* [Ga]lathios, *ad Galatas*, *Petri*, *Ioannis*, ita vt vel integros li[bros] vel partes eorum ac capita explanaret. Quibus annis ſin[gul]ae eius interpretationes primam lucem viderint ac poſtea [...] iterumque litteris ſint deſcriptae, alio loco * memoraui. [...] eminent commentarii in *geneſin* atque in *epiſtolam* [ad Ga]latas. Oſtendit Lutherus in explicationibus ſuis ſingu[lar]em rerum theologicarum cognitionem, quae in ipſo non [...] fuit; ſed viua. Explanat non tantum verba; ve[rum] etiam res; ea tamen ratione, vt a textu haud raro di[gred]iatur ad argumenta ac quaeſtiones dogmaticas, morales, [...]icas, id quod nonnulli, veluti vitioſum, ſine cauſſa [repr]ehendunt. Sequutus eſt Lutherus morem ſeculi ſui at[que] ipſos patres; nec haec ſcripturam ſacram interpre[tand]i ratio penitus contemni debet. Certe explicationes huius[...] ſaepe vtiliores ſunt; quam criticorum ieiunae ac ſteriles [comm]entationes. Nonnulli adnotationes eius contrahere ea[rum]que compendium exhibere, inſtituerunt. Spectant huc: [...]LIS NEZENII *operationes biblicae Lütheri*, quarum pars [...] Ienae MDX. ſecunda autem eodem loco MDCXI. 4. lu-cem

[...]tionibus, LVTHERI *operum tomis*, qui eius ſcripta exegetica [...]tinentur, praemiſſis, a primo vsque ad nonum. Ipſa *opera* [...] prodierunt.

... exit. * atque ABRAHAM. CALOVII *deutliche* ... *der auslegung, die in Lutheri schriften* ... ... erens antea mentionem feci Edidit quoque ... GOTTLOB. FOERTSCHIVS *biblisches* ... MDCCXXVI. 4. ** eoque voces dictionesque ... ex Lutheri libris litterarum ordine illustrau...

VICTORINVS STRIGELIVS, qui in singulos li... ...usque fœderis commentatus est ac breuior... ... separatim; non coniunctim editas. Non ... ...onis illæ sunt auctorque reprehenditur, qu... ... magis profanam; quam sacram eruditionem ... ... Exierunt cum scholiis atque argumentis ... ... Lipsiæ MDLXVI. ibidem MDLXXIV. 8. *exodus* ... MDLXVI. eodem loco MDLXXII. Bremæ MDLXXXV. ... Lipsiæ MDLXVI. 8. *numeri*, Lipsiæ MDLXVI. 8. ... Lipsiæ MDLXVI. 8. libri *Iosuæ*, Lipsiæ MD... ...XX. MDLXXV. 8. *iudicum*, Lipsiæ MDLXXV. MDL... ... *Ruth*, ibidem MDLXXI. MDLXXII. 8. *Samuelis*, ... *paralipomenon*, cum chronologia in historiam regni ... ...raelis a Saule vsque ad exsilium babylonicum, ... MDLXIX. MDLXXXIII. fol. Neostadii MDXCI. 8. *Esdræ* ... ...iæ, *Esther*, Lipsiæ MDLXXI MDLXXII. 8. *Iobi*, ... MDLXVI. MDLXXI MDLXXV. 8. omnium *psalmorum* ... MDLXIII. fol. eodem anno 8. Neostadii MDLXII ... ... commentariis Strigelius summam confessionis fi... ... arbitrio exhibuit quorumque pars a psalmo LXII LX...

* ... *alten und neuen theolog. sachen*, 1728. p. 10.

** ... p. 770.

*** ... commentationum in scripturam sacram syllabum, ... librorum biblicorum dispositum, vna cum indi... ... ill sint, exhibent: CALOVIVS *pædia* ... *theologici adpendice* p. 390. FABRICIVS ... p. 153. et 643. Si quis scire velit tempus, quo ... viderunt, consulat ille: SECKENDORFII *hist* ... *tertium* ac LVTHHERI *operum*, quæ Hal... ...erunt, ... *secundum*. Testimonia de pr... ...num recenset PORTA in *pastorali Lutheri* p. ... *au vieux testament libr.* III. *cap.* ... reprehendit, ad ea respondet BVDDEVS *isagog* ... *lib.* II. *cap.* 8. §. 12. p. 1674.

LXVII. anglice quoque prodiit, Londini MDXCVI. 4. Exstant praeterea eiusdem scholia in Salomonis libros tres, *prouerbia, ecclesiasten, canticum canticorum*, Lipsiae MDLXV. 8. in quatuor *prophetas maiores*, Lipsiae ab anno MDLXIV. 8. in *prophetas minores*, Lipsiae ab anno MDLXI. MDLXX. 8. in libros *Sirachidae* ac *sapientiae*, Lipsiae MDLXIX. MDLXXI. 8. *maccabaeorum*, ibidem MDLXXI. ac quam editionem nonnulli addunt, Lugduni MDLXXVIII. fol. in reliquos libros *apocryphos*, Lipsiae MDLXIX. MDLXXI. MDLXXXVII. 8. in omnes libros *noui testamenti*, Lipsiae MDLXV. 8. ibidem sine anno 4. MDLXXXIII 4. *

10. BRENTIVS, qui magnam laudem ob expositionem scripturarum sacrarum consequutus est sibique inter interpretes ecclesiae nostrae post Lutherum locum praecipuum conciliauit. Illustrauit plerosque libros diuinos, ac quamuis maxime dogmaticam explicandi rationem sequutus sit; minus tamen neglexit, quae ad voces, dictiones earumque significationes pertinent. Ipsae expositiones sunt perspicuae atque inprimis ad id compositae, vt non solum rectae; sed etiam salutari cognitioni ac vitae piae inseruiant. Exstant illae in BRENTII *operibus*, editis Tubingae ab anno MDLXXV. vsque ad MDXC. fol. quorum quum sunt octo tomi, commentarii septem eorum prioribus continentur: *primo* in quinque libros Mosis: *secundo* in Iosuam, cuius duplex expositio, prior ac posterior, exhibetur: in libros iudicum, Ruth, Samuelis, regum, Esram, Nehemiam, Esther: *tertio* in Iobum et psalmos: *quarto* in Salomonis ecclesiasten, Iesaiam, Ieremiam, Hoseam, Amosum, Ionam, Micham: *quinto* in Matthaeum, Marcum et Lucam: *sexto* homiliae in Ioannem et in eumdem exegesis ac *septimo* commentarii in acta apostolorum, Paulli epistolas ad Romanos, Galatas, Philippenses et Philemonem: **

* vide: WEISMANNI *historiam vitae et controuersiarum Victorini Strigelii* p. 60. LE LONG *bibliothec. sacr.* p. 976.

** FABRICII *histor. biblioth. part.* II. p. 19. FISCHLINI *memoria theologorum wirtenbergensium part.* I. p. 34. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 485. *vnpartheyischer bibliothecarius* p. 188. SERPII *epitaphia theologorum Suecor.* p. 123.

...ivs, cui locus ... iure a...
... commentarios in diuersos libros ...
... nominatim in pentateuchum ...
...um, *Ruth*, *psalmos* quosdam: ex ...
...um, *Habacuc*, *Zachariam*, *Malachi*...
... *Ioannis*, Paulli epistolas ad *Rom*...
... ...um atque *apocalypsin*. Comment...
... recensebo ac quo loco ac tempore ...
..., quando singularium scripturæ ...
...es enarrandi sunt. Iam retulisse ...
...erum exegeticorum duos tomos lucem ...
... MDXC. et MDXCII. fol. iterum Lipsiæ M...
... fol. *

...STORPIVS, loco hoc memorandus ob ...
... *...nes libros biblicos*, Rostochii MDCXLVIII. ...
...ibus, quæ non sine iudicio ac diligentia ...
...terpretibus collectæ ac propria meditatione ...
... tamen earum maior fuit superiore; qua...
... : **

*...nmarien; oder grundliche auslegung vber die ...
... schrift alten vnd neuen testaments, wie auch d...
...nten apocrypha, samt nutzlicher vnterweisung zu...
... gebrauch im glauben, leben vnd leiden.* Opus ho...
... Eberhardi III. ducis wirtenbergici a tribus ...
...acobo Heinlino, *Ieremia Rebstockio*, *Io. Conrad*...
... consilio compositum est, vt ad vsum publicum
... inseruiret. Ad emendandum illud in reb...
... genere studia sua postea *Io. Wolfgangus Iæger*...
... *Pfaffius* et *Andreas Adamus Hochstetterus*
... conspectum publicum id venit Stuttg...
... Lipsiæ MDCCIX. 4. MDCCXXI. fol. R...
... 4. sex partibus. Ita scriptus est libe...

---

* ... *...am Chytræi libr.* III. p. 264. 310. 420.

** ... *Mayeri biblica continuata* p. 33. LILIEN...
... p. 1018. eiusdem *dissertatio epistol.* ...
... *ecclesiam et rem litterariam*, Ros...

vt et rudioribus et eruditis, præsertim oratoribus sacris, non mediocrem vtilitatem adferre possit: *

ABR. CALOVIVS, qui vti de vniuersa doctrina sanctiore; ita de ea optime meritus est, quæ ad scripturam sacram atque interpretationem eius spectat. Opus, cuius caussa loco hoc ille memorandus ac laude ornandus, sunt: *biblia illustrata, in quibus*, vti inscriptio docet, *emphasis vocum ac mens dictorum genuina e fontibus, contextu et analogia scripturæ eruuntur: versiones præcipuæ cum ebræo et græco textu, vindicata vbique huius sinceritate, conferuntur: expositiones cum veterum; tum recentiorum interpretum expenduntur: veriores patrum ipsorummet, beati Lutheri et aliorum theologorum propriis verbis stabiliuntur: loca difficiliora et dubia textualia, historica, chronologica, topographica et alia expediuntur: contradictiones adparentes discutiuntur: quæstiones variæ theoreticæ et practicæ soluuntur: oracula prophetica de christo eiusque regno et quæcumque omnino ad fidei euangelicæ confirmationem faciunt, ex instituto adseruntur: corruptelæ iudæorum et hæreticorum, maxime modernorum, luculenter retunduntur: Grotianæ deprauationes et ψευϑερμηνείαι iusto examini sistuntur et exploduntur.* Longiorem titulum hunc eam ob caussam transcripsi, vt quisque facile videat, quæ *bibliis* his contineantur. Absoluuntur illa quatuor tomis, ita vt duo priores vetus; posteriores autem nouum testamentum complectantur. Illi in lucem prodierunt Francofurti ad Mœnum MDCLXXII. hi ibidem MDCLXXVI. fol. quam primam editionem sequuta est secunda, Dresdæ MDCCXIX. fol. Opposuit Calouius opus hoc præcipue GROTII *adnotationibus ad vetus et nouum testamentum* hasque et in illud transtulit, quumque Grotius, exemplum iudæorum ac socinianorum sequutus, omnes ingenii vires ad id adhibuit, vt prophetarum vaticinia de messia peruerteret, defendit illa egregie ac quæ sit vera eorum sententia, adcurate ostendit. Adiungit simul pontificios, reformatos, inprimis socinianos illorumque falsas interpretationes itidem refel-

---

* *eruditor.* MDCCX. p. 406. *vnschuldige nachrichten,* 1709. p. . *deutsche acta eruditor. volum.* VI. p. 1035. LILIENTHALII *preussische bibliothec* p. 627.

refellit. In locis obſcurioribus haud quidquam
tit, quod ad ſenſum litteralem eruendum pertin
ditur quidem ſæpe a re principali interdum lo
autem vtilitate carent, quæ diſſerit. In *præloqu*
gulis ſcripturæ libris præmiſſa ſunt, exponit de e
argumento, partitione, auctore, interpretibus
rebus, quemadmodum in *præloquio generali* de
codicis ſacri latinis ac germanicis: de iis, qui
ſcripturam commentariis; aut adnotationibus
de cauſſis falſarum interpretationum; in *præl*
in *libros veteris teſtamenti* de linguæ ebrææ in f
conſeruatione aliisque generis huius argumentis.
hibetur *chronicon biblicum de epochis et annis*
menti, a mundi conditu ad finem LXX. *hebdomad*
magna cum eruditione ac diligentia conſcript
noui teſtamenti, præter prolegomena, quæ ad
mentum hoc ſpectant, præ ſe ferunt: *harmoniam*
ad concinnandum nouum monoteſſaron, itidem p
inſtructam de ſcriptoribus harmonicis ac quibus
monia obſeruandis. Quibus omnibus quum *h*
commendant, mirum non eſt, illa magnam la
exiſtimationem ſibi conciliaſſe Inter ipſos po
CHARDVS SIMON, licet ille acerrimus ſit cen
tim theologorum lutheranorum ac reformatoru
opus hoc laudat ac fatetur, Calouium exquiſit
ac ſingularem eruditionem monſtraſſe. * IO. C
quidem iudicat, eum *nunquam emtores inuenturu*
dacibus ſcriptis, niſi iis callide integrum opus G
ſcripturam ſacram inſeruiſſet; hæc autem inique
rici vel nimiæ erga Grotium venerationi; vel
libidini tribuenda eſſe, quis veritatis amator
Omittit Calouii nomen; non alium autem, ni
ſtringi, verba ſatis perſpicue ſignificant. ***

* *hiſtoire critique des principaux commentateurs du nou*
cap. XLVIII. p. 724 ſeq.
** *epiſtolis criticis et eccleſiaſticis*; ſiue *artis criticæ volu*
*** de CALOVII *bibliis illuſtratis* videas: ALETHAE
commentariis vber die ſchrift part. I. p. 289. 321.

hæc *illuſtrata*, CALOVIVS edidit biblia germanica cum breuioribus notis, quæ ex Lutheri ſcriptis collectæ ſunt, ſupra a me iam memorata, quum biblia gloſſata, vti dicuntur, recenſui:

IO. OLEARIVS, qui iuris publici fecit: *bibliſche erklärung, darinnen nebſt dem allgemeinen hauptſchlüſſel, bey iedem buch die benahmung, ſummariſche verfaſſung, richtige abtheilung, denckwürdige erklärung, des hauptzwecks vorſtellung, unfehlbare verſicherung des canoniſchen anſehens vnd nachdrucks, kurtze wiederhohlung in gedenckreimen: bey ieden capitel die ſummariſche vorſtellung, richtige abtheilung, genaue verbindung, aus der grundſprache nöthige erklärung, erbauliche anfuhrung des nutzens, denckwürdige erneurung der alten lehrer, geiſtreiche ermunterung Lutheri zu finden*, Lipſiæ MDCLXXVIII. MDCLXXXI. fol. quinque tomis, opus, quod non ſingularem quidem dignitatem habet; miniſtris tamen ſacri ordinis, quando ab iis verbum diuinum in orationibus explicandum eſt, vtilitatem adferre poteſt. * Ab eo diuerſa ſunt: GOTTFRIDI OLEARII *biblica theoretico practica adnotata*, Halæ MDCLXXVI. MDCLXXXVII. MDCC. 4. nec ad locum hunc pertinent, quum in illis præcipue res controuerſæ ac morales pertractantur:

SEBASTIANVS SCHMIDIVS, cuius interpretationes ſcripturæ ſacræ in magno honore ſunt atque ob virtutes eruditionis, adcurationis, ordinis, perſpicuitatis merito laudantur. Scripſit ille commentarios, in plerosque codicis diuini libros: in *geneſin*, libros *Ioſuæ*, *iudicum*, *Ruth*, *Samuelis*, *regum*, *Iobum*, *pſalmos* propheticos de chriſto, *Salomonis eccleſiaſten*, illuſtriora *Ieſaiæ* vaticinia, *Ieremiam*, *Hoſeam*, euangelium *Ioannis*, Paulli epiſtolas ad *Romanos*, priorem ad *Corinthios*, *Galatas*, *Coloſſenſes*, priorem ad *Timotheum*, *Theſſalo-*

bibliothecam Mayeri biblicam continuatam p. 18. LILIENTHALII *theologiſche bibliothec* p. 487. *vnpartheyiſchen bibliothecar.* p. 273.

* *Acta eruditor.* MDCLXXXII. p. 47. ARNDII *bibliothec. Mayeri biblica continuata* p. 27. *vnpartheyiſcher bibliothecarius* p. 980.

salonicenses, Philemonem, Ebraeos. Commentarii hi eiusdemque dignitatis sunt. Post mortem Schmid editi multo inferiores sunt iis, quos ille ipse iuris cit. Singulos postea distincte enarrabo atque ad locum referam: *

IOACHIMVS LANGIVS, meritis in theologi exegeticam celebris ac loco hoc laudandus ob rium in omnes libros codicis sanctioris, ab ipso conscriptum atque in septem tomos diuisum. ** mus in lucem prodiit, inscriptione instructus: *licht vnd recht, das ist, richtige vnd erbauliche er fünf bucher Mosis, nebst einer ausfuhrlichen einlei gantze heilige schrift,* Halae MDCCXXXII. fol. ** *biblisch - historisches licht vnd recht, das ist, richt bauliche erklärung der sämtlichen historischen buch testaments, mit hinzugethanen buch Hiobs,* Halae M fol. * tertius: *dauidisch salomonisches licht vnd richtige vnd erbauliche erklärung der geistreich Dauids, wie auch der lehrreichen sprüche, auch d vnd des hohen lieds Salomonis, dazu komt die au propheten Daniels,* Halae MDCCXXXVII. fol. ** interpretationis scriptorum Salomonis non LA GEORG. CHRISTIANVS ADLERVS auctor ipse testatur: *** quartus: *prophetisches licht*

---

* de commentariis his plura sunt in ARNDII *bibliothe blica eaque continuata* p. 42.

** LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 492.

*** *actor. eruditor. supplement. tom.* X. p. 9. *deutsche volum.* XIII. p. 794. ALETHAEI *bericht von commen schrift part.* VIII. p. 65. COLERI *auserlesene theo volum.* V. p. 692. 938.

* ALETHAEI *bericht von commentariis vber die schrif* p. 97. *deutsche acta eruditor. vol.* XVI. p. 485. COLE *theol. biblioth. volum.* VII. p. 435.

** *deutsche acta eruditor. volum.* XVIII. p. 837. ALET *von commentariis vber die schrift volum.* VIII. p. 13 *aufgelesene fruchte*, 1737. p. 107.

*** *praefatione tomi huius* §. IV.

oder richtige vnd erbauliche erklärung der propheten, mit einer einleitung in die offenbarung Ioannis, Halæ MDCCXXXVIII. fol. * quintus: *euangelisches licht vnd recht; oder richtige vnd erbauliche erklärung der heiligen vier euangelisten vnd der apostelgeschichte*, Halæ MDCCXXXV. fol. ** sextus: *apostolisches licht vnd recht, das ist, richtige vnd erbauliche erklärung der sämtlichen apostolischen briefe Paulli, Iacobi, Petri, Ioannis vnd Iudæ*, Halæ MDCCXXIX. fol. *** ac septimus: *apocalyptisches licht vnd recht, das ist, richtige vnd erbauliche erklärung des prophetischen buchs der heiligen offenbarung Ioannis, nach dem systemate Vitringiano*, Halæ MDCCXXX. fol. * Præclarum est opus hoc ac luculenter testatur, auctorem earum rerum peritissimum fuisse, quæ ad adcuratiorem sacrarum litterarum interpretationem pertinent; hoc autem nomine ad sensum scripturæ indagandum intelligendumque merito commendatur. Ad singulorum tamen librorum commentarios non eadem industria adhibita esse videtur suntque, qui reliquis maiore cura elaborati fuerunt, atque in his mea sententia expositio epistolarum apostolicarum principatum tenet. Nec negandum est, Langium multa, præsertim in scriptis prophetarum, quæ explanari debuissent, prætermisisse: sensum verborum nonnumquam neglexisse: ad dogmata pertractanda digressum ac sententias singulares sequutum esse. At vero omnia hæc præstantiam vtilitatemque operis huius haud imminuunt æquitasque postulat, vt quæ minus diligenter satis atque adcurate dicta sunt, per tot tantasque res enarrandas eorum fiat excusatio:

CHRISTOPHORVS STARCKIVS, qui inter interpretes hos cum laude locum sibi fecit. In lucem ille emisit: *synopsin*

* *acta eruditorum* MDCCXXXIX. p. 339. *deutsche acta eruditor volum*. XIX. p. 641.

** *nou. actor. eruditor. supplementor. tom.* II. p. 13. *deutsche acta eruditor. volum.* XVI. p. 486. COLERI *auserlesene theolog. bibliothec volum.* VII. p. 992.

*** *acta eruditor.* MDCCXXIX. p. 540. *samlung von alten vnd neuen theolog. sachen*, 1731. p. 127. COLERI *auserlesene theologische bibliothec volum.* IV. p. 728.

* *acta eruditor.* MDCCXXX. p. 257. COLERI *auserlesene theolog. bibliothec volum.* IV. p. 881.

nopsin bibliotheca exegetica in vetus testamentum, sten auszug der grundlichsten vnd nutzbarsten i vber alle bucher altes testaments, in tabellen, e anmerckungen vnd nutzanwendungen abgefasset, Li læ ab anno MDCCXLI. 4. editam. Quinque sunt i Earum *prima* in pentateuchum Mosis lucem vidit et iterum MDCCXLIV. *secunda*, quæ libros Iosua Ruth, Samuelis ac regum complectitur, MDCCXLI MDCCXLV. *tertia* in libros chronicorum, Esræ, Ne her ac Iobi, MDCCXLIV. *quarta*, qua psalmi Dauic bri Salomonis continentur, MDCCL. cura IO. STARCKII, filii, suscepta ab eo, postquam pater rat: * *quinta* in prophetas maiores ac minores a itidem studio STARCKII iunioris in lucem prol solum *synopsin* hanc, quæ ad scripta prioris fœd STARCKIVS iuris publici fecit; sed etiam: *syn theca exegetica in nouum testamentum, kurtzgefa der grundlichsten vnd nutzbarsten auslegungen vbe neues testaments, in tabellen, erklärungen, anmerc nutzanwendungen abgefasset*, tribus partibus, qua prodiit Lipsiæ MDCCXXXIII. secunda ibidem M ac tertia eodem loco MDCCXXXVII. 4. ** Editi primam sequutæ sunt aliæ singularum partium MDCCXLI. MDCCXLV. *** atque accessit: *kurtz zug der grundlichsten vnd nutzlichsten auslegung bucher des neuen testaments, in tabellen*, Lipsiæ MD Opus hoc exhibet dispositiones earum partium co quæ explicandæ sunt: textum ex Lutheri interpre manica, cum paraphrasi: adnotationes, ad illus obscura, maxime ex optimis aliorum commentar ac denique porismata. Ea ratione illud compos Starckii atque adiutorum eruditionem, inprimis ticam, iudicium atque industriam luculenter ost

* KRAFTII *theolog. bibliothec volum.* V. p. 198.

** *ibidem volum.* II. p. 124.

*** LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 782. *samlu vnd neuen theologischen sachen*, 1737. p. 67.

...ate se commendet, ab iis praecipue exspectanda, qui ...gno librorum adparatu destituti sunt; nec multos alios ...rpretes consulere possunt quique orationes sacras con...ibere ac recitare debent.

Commentariis his, qui omnibus; vel plerisque scripturarum sacrarum libris lucem praebent, a nonnullis biblia glossata, latina ac germanica, LVCAE et ANDREAE OSIANDRI, DANIELIS CRAMERI, ABR. CALOVII, *vinariense* atque alia adnumerantur; singularem autem locum iis ...ra adsignaui, quum biblia varii generis a me enarranda ...; nec, vti puto, sine caussa. Glossae enim ac commen... inter se discrepant, ita vt illae breuioribus; hi autem ...gioribus explicationibus absoluantur. Addi quoque so...: PHILIPPI HENRICI FRIEDLIBII *theologia exegetica siue obseruationes biblicae in vetus et nouum testamentum*, ...fundi MDCXLIX. MDCL. fol. duobus voluminibus, ac ... multis accessionibus Francofurti ad Moenum MDCLX. ...bet autem opus hoc non perpetuum commentarium; ... singulares adnotationes, quae non cum magno iudicio ...tae; nec multam vtilitatem praestant. Distinctae illae sunt ...em classibus. Nec referre huc possum: ANDREAE ...VCKNERI *commentarium philologico-theologicum in omnes ...ris et noui testamenti libros, tam canonicos; quam apocryphos, in quinque partes distributum, in quibus textus originalis breuiter; ast adcurate explicatur et a strophis aduersariorum vindicatur*, Francofurti ad Moenum MDCLXIII. fol. ...bus tomis, si adcuratiorem ordinem sequi velim. Ex ...criptione libri huius videndum est, auctorem praebere se ...on tam interpretem; quam disputatorem ac defensorem ...orum scripturae locorum ac singulari commentandi ge...re vti. Idem iudicandum est de *bibliis*, quemadmodum ...pellantur, *paruis*, id est, iis libris, qui explicationes co...dicis diuini, ex theologi cuiusdam scriptis congestas, complectuntur, vti exstant: HENRICI MVLLERI *parua biblia*, a *Dauide Hermanno* edita, Dresdae MDCC. 8., CHRISTIANI SCRIVERII *biblia parua*, cura *Polycarpi Lyseri*, Lipsiae MDCCV. 4. MARTINI CHEMNITII *parua biblia*, auctore *Io. Balthasare Mullero*, Dresdae MDCCX. 8. IO. BENEDICTI CARPZOVII *parua biblia*, Chemnitii MDCCXIV.

eius commentarii in genesin, Parisiis MDLXII. 1
MDLXXX. 8. in Iobum, Geneuae MDLXXXV. in
in sacra cantica, Geneuae MDLXII. MDLXV. MD
in Iesaiam, Parisiis MDLXIV. Geneuae MDCX. in
stamentum, Parisiis MDLXI. MDLXIV. MDL
MDLXXXIII. Heidelbergae MDCIV. fol. prae
tiones, sunt plures aliae. Commentarii in
Marcum, Lucam, epistolam Iudae atque apocal
guam anglicam conuersi sunt. Exhibet auct
aliorum sententias atque interpretationes, quas
scriptis non minori iudicio; quam industria co

IO. PISCATOR, qui scripsit: *commentarios*
bros veteris et noui testamenti. Prodierunt illi
partes, Herbornae ab anno MDCI. 8. quatuor a
luminibus: deinde coniunctim Herbornae ab ann
ad annum MDCXLV. fol. quatuor voluminibus,
bros noui testamenti pertinent, separatim
MDCXIII. MDCXXI. 4. duobus voluminibus:
MDCLVIII. fol. Compositi sunt commentarii h
vt exhibeantur: analysis logica singulorum libr
pitum: scholia in singula capita: obseruatio
doctrinae in singulis capitibus, vna cum dupl
latina, altera Iunii ac Tremellii; altera autem
toris. Multa praeclare praestitit Piscator ac sing
dem sibi conciliauit, vbi ad rationes tempori
hoc confecit, respiciamus: ad legendos comme
iudicium adhibeamus et quae in gratiam refor
cta sunt, ea diligenter animaduertamus ac rem

DAVID PAREVS, qui itidem multum stu
candis sacrarum scripturarum libris collocauit. Te
in rem eius: commentarius in genesin, Francof
MDCXIV. 4. in Hoseam, Heidelbergae MD.V.
tae breuiores in prophetiam Ioelis, Haggaei et A
tria priora, Oxonii MDCXXXI. 4. commentarius in
ibidem MDCXXXI. 4. Geneuae MDCXLI. 8. con

* ALETHAEI *bericht von commentariis vber die schr*
p. 33. 77. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p.

epistolas ad Romanos, priorem ad Corinthios, ad Galatas, Ebraeos, Iacobi, qui saepius diuersis locis annisque separatim lucem viderunt; * item commentarius in apocalypsin, Heidelbergae MDCXVIII. 4. aduersaria sacra; seu notae breuiores in reliquos sacros libros, Francofurti MDCLXXIV. commentaria in varios sacrae scripturae libros, Francofurti MDCXXVIII. MDCXLI. MDCXLVIII. Geneuae MDCXLII. fol atque alia:

IO. COCCEIVS qui studiis suis, in oraculorum diuinorum interpretatione positis, magnam nominis celebritatem consequutus est ac theologiae exegeticae ita operam dedit, vt illa inter reformatos, certe in Belgio, nouam veluti faciem acciperet. Illustrauit: capita quaedam geneseos, librum exodi ac leuitici, vaticinium Bileami, vltima sex capita deuteronomii, canticum Deborae atque Annae, librum Iobi, psalmos, prouerbia, ecclesiasten, canticum canticorum, Iesaiam, Ieremiam, Ezechielem, Danielem, duodecim prophetas minores, quatuor euangelia, acta apostolorum, Paulli epistolas ad Romanos, ad Corinthios, Galatas, Ephesios, Philippenses, Colossenses, Thessalonicenses, Timotheum, Titum, Philemonem, ad Ebraeos epistolasque Iacobi, Petri, Ioannis, Iudae atque apocalypsin. Expositiones hae postquam separatim in lucem exierunt, ** translatae illae postea sunt in COCCEII *opera*, Amstelodami MDCLXXV. fol. octo voluminibus: Francofurti MDCLXXXIX. et iterum Amstelodami MDCCI. fol. edita, atque ita dispositae, vt quinque priores eorum tomos constituant. Sequutus est Cocceius, vti constat, singularem rationem, scripturas sacras explanandi, quum non solum statuit, illarum verba omnia significare, quae significare possunt; sed etiam nimium studium interpretationum mysticarum, speciatim typicarum prodidit: vbique typos de christo deque statu ecclesiae noui foederis inuenisse, sibi visus est: immo in veris typis ac vaticiniis explicandis iustum modum negligendo, de recta via nonnunquam deflexit. Eam ob rem impugnatus est, quumque non deessent, qui eum sectarentur, ortae sunt, maxime in Belgio, controuersiae variaque vtriusque partis scripta in lucem prodierunt

* [illegible] enarrat LE LONG *bibliothec. sacr.* p. 893.

** [illegible] editiones recenset LE LONG *dicto loco* p. 680.

dierunt, quorum alio loco * notitiam suppedita... ro quamuis ob ea, quæ memoraui, Cocceius rece... sus fuerit; iudicari tamen debet, merita eius in ... exegeticam non mediocria esse. Ipse in comm... probauit eximiam linguarum ebrææ ac græcæ pe... credibilem in conferendis locis industriam: ma... cii atque ingenii vim. Eam legem sibi præscrip... nutiis abstineret atque ea inprimis inuestigaret ... gnitionem rerum diuinarum ac saluti hominum in... stabiliri atque augeri posse, existimauit. Nec ne... illum multis locis obscurioribus maiorem lucem ...

AVCTORES operis, quod titulum præ se habet ... *tions vpon all the books of the old and new testam...* vsum publicum translatum id est sermone anglico, MDCXLV. MDCLI. ac cum accessionibus MDCLVII. ... bus tomis, ac compositum studio variorum docti... virorum in Anglia, quorum nomina sunt: *Ley*, *G... ricus Casaubonus*, *Franciscus Taylor*, *Reynoldus*, *S... dus*, *Gatackerus*, *Pembertonus*, *Richardsonus*, *Featl... bam*, *Reading*. Prior tomus complectitur libros ... Mose ad Iesaiam; posterior autem prophetas atque ... sum nouum testamentum, quæ singula scripta notis ... ta ac præter alia, lectiones discrepantes adductæ sunt. ... fatione quum de necessitate exponitur, codicem sa... in linguam vernaculam transferendi, notitia versio... lius anglicarum suppeditatur: **

IO. GOTTLIEB. KALINSKY *vaticinia Chabacuci et Nachumi itemque nonnulla Iesaiæ, Micheæ et Ezechielis oracula obseruationibus historico-philologicis ex historia Diodori Siculi circa res Sardanapali illustrata*, cum præfatione *Io. Friderici Burgii*, Vratislauiæ MDCCXLVIII. 4. Opus hoc est multæ eruditionis, adcurationis atque vtilitatis ac quamuis non iustum ac perpetuum commentarium in dictos prophetas complectatur; ea tamen abunde suppeditat, quæ illis lucem adferunt. Constat id duabus partibus, quarum priore historia veterum scriptorum de Sardanapalo vindicatur et defectio Medarum ab Assyriis non ad Assarhaddonis initium; sed ad regni finem reuocatur; posteriore vero oracula prophetica ex eadem historia explicantur. Quam ob rem existimaui me librum hunc quodam modo huc referre posse. **

2) *Reformatorum*

THEODORI BIBLIANDRI *propheta Nahum, iuxta veritatem ebraicam latine redditus, cum exegesi, qua versioni ratio redditur et auctoris sententia explicatur*, Tiguri MDXXXIV. 8.

LVDOVICI CROCII *commentarius in Nahum*, Bremæ MDCXX. MDCXXVII. 12.

PETR

* ALETHAEI *berichte von den commentariis vber die schrift part.* II p. 53.

** *acta eruditorum* MDCCXLIX. p. 459. KRAFTII *theologische bibliothec vol.* III. p. 387.

PETRI VAN HOEKE *explicatio analytica prophetarum Nahumi, Habacuci et Zephaniae*, quae sermone belgico prodiit, Lugduni Batauorum MDCCIX. 4. * in linguam germanicam autem conuersa, Francofurti MDCCX. 4. ** In explicatione hac auctor breuitati ac perspicuitati studuit, ac quae vaticiniorum sit sententia numque illa iam euenerint; nec non diligenter inuestigauit.

3) *Pontificiorum*

CYPRIANI DE LA HVERGA *commentarius in prophetam Nahum*, Lugduni MDLVIII. MDLXI. 8.

HECTORIS PINTI *commentarius in Danielem, Nahum et lamentationes Ieremiae*, Conimbriae MDLXXXII. Coloniae MDLXXXII. 8. Venetiis MDLXXXIII. 4. Antuerpiae MDXCV. 8. ***

AVGVSTINI DE QVIROS *commentarii in prophetas Nahum et Malachiam*, Hispali MDCXXII. fol. Lugduni MDCXXIII. 4.

COMMENTARII IN PROPHETAM HABACVCVM

1) *Lutheranorum*

MARTINI LVTHERI *der prophet Habacuc, ausgelegt*, Vitembergae MDXXVI. 4. Erfordiae eodem anno 8. * latine, interprete *Io. Lonicero*, sub titulo: *Habacuc propheta, cum adnotationibus Martini Lutheri*, Argentorati MDXXVI. 8. **

WOLFGANGI FABRICII CAPITONIS *enarrationes in prophetam Habacuc*, Argentorati MDXXVI. 8.

DAVI-

---

* *actor. eruditor. supplement. tom.* IV. p. 402. ARNDII *bibliotheca Mayeri biblica continuata* p. 99.

** LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 745.

*** et in *operibus* eius *in vetus testamentum*, Coloniae MDCXVI. 4. quinque voluminibus ac Parisiis MDCXVII. fol. tribus voluminibus.

* est in LVTHERI *tomis germanicis, vitembergens. tom.* V p. 335. *ienens. tom.* III. p. 246. *altenburg. tom.* III. p. 418. *lipsiens. tom.* VIII. p. 462. *halens. tom.* VI. p. 3090.

** exstat in LVTHERI *tomis latinis vitembergens. tom.* IV. p. 484. e, quae de commentario hoc praefatus sum ad *tomum halens.* p. 129.

DAVIDIS CHYTRAEI *lectiones in prophetam Habacuc* quæ exſtant quidem; * ignoro autem, num illæ ſeparatim prodierint, an minus: quo loco atque anno lucem adſpexerint: **

HELVICI GARTHII *commentarius in prophetam Habacuc*, Vitembergæ MDCV. 8.

MATTHIAE HAFENREFFERI *commentarius in Nahum et Habacuc*, Stutgardiæ MDCLXIII. 8. ***

IO. GEORGII ABICHTII *adnotationes ad vaticinia Habakuki prophetæ*, Vitembergæ MDCCXXXII. 4. *

IO. GOTTLIEB. KALINSKY *vaticinia Chabacuci et Nachumi illuſtrata*, Vratislauiæ MDCCXLVIII. 4. quod opus paullo ante vberius recenſui.

2) *Reformatorum*

IO. IACOBI GRYNAEI *hypomnemata in Habacuc*, Baſileæ MDLXXXII. 8. cuius etiam exſtat: *commentarius in Haggæum, Obadiam et Habacuc*, Geneuæ MDLXXXI. 8.

DANIELIS TOSSANI *paraphraſis in orationem Habacuci*, Francofurti MDXCIX. 8.

SALOMONIS VAN TIL *phoſphorus propheticus; ſeu Moſis et Habakuki vaticinia, nouo ad iſtius canticum et huius librum propheticum commentario illuſtrata et cum iuſta rerum hiſtoria adcuratius collata*, Lugduni Batauorum MDCC. 4. quod opus præclarum eſt atque omni laude dignum. Probauit van Til, vti in aliis ſcriptis ſuis; ita in hoc quoque eruditionem non mediocrem ac facultatem, monimenta vatum diuinorum feliciter interpretandi. Qualis ſit nexus eorum, quæ Habacucus litteris mandauit: qualis verborum ac rerum ſententia, diligenter oſtendit. Addita eſt diſſertatio de *anno, menſe et die nati chriſti:* **

IO.

* *tomo* II. *operum* eius p. 364.
** confer: SCHVTZII *vitam* CHYTRAEI, *libr.* I. p. 285.
*** ARNDII *bibliotheca Mayeri biblica continuata* p. 99.
* *ſamlung von alten vnd neuen theologiſchen ſachen*, 1732. p. [illegible]
** *hiſtoire des ouurages des ſauans* MDCCI. *mart.* p. 749. a[illegible] *ditor.* MDCC. p. 545. *monatliche auszüge aus allerhand büch*[illegible] p. 545. ALETHAEI *berichte von den commentariis vber* [illegible] *part.* VI. p. 97. LILIENTHALII *exegetiſche biblioth*[illegible]

IO. BIERMANNI *de prophezie van Habacuc*, Vltraiecti MDCCXIII. 4. qui Cocceium sequitur: *

HENRICI ESCHII *grundliche erklärung des propheten Habacucs, in welcher vns gezeiget wird ein abris von dem reich christi vnter den sieben zeiten des neuen testaments, verglichen mit der offenbarung Ioannis*, Vesaliæ MDCCXIV. 4. Continetur libro hoc interpretatio docta ac pia. Auctor sectatur Cocceium ac vaticinia Habacuci ad certa noui fœderis tempora refert. **

3) *Pontificiorum*

ANTONII DE GVEVARA *commentarius et ecphrasis in Habacuc prophetam et in psalmos dauidicos breues adnotatiunculæ*, Madriti MDLXXXV. 4. ibidem MDXCIII. fol. Augustæ Vindelicorum MDCIII. Antuerpiæ MDCIX. 4. vbi habentur, quæ non contemnenda sunt:

ANTONII AGELLII *commentarius in prophetam Habacuc*, Antuerpiæ MDXCVII. 8.

ILDEPHONSI DE PADILLA *in Habacuc prophetam commentaria, adnotationes ad litteram et discursus ad mores complectentia*, Madriti MDCLVII. 4. duobus voluminibus: Sulzbaci MDCLXXIV. 4. Romæ MDCCII. fol. quod opus aliis commentariis, ab ecclesiæ romanæ doctoribus compositis, dignitate atque vtilitate antecellit. ***

COMMENTARII IN PROPHETAM ZEPHANIAM

1) *Lutheranorum*

MARTINI LVTHERI *commentarius in Sophoniam prophetam*, * ac studio *Stephani Agricolæ* germanice redditus, sub titulo: *auslegung des propheten Zephaniæ:* **

NICO-

* LILIENTHALII *fortgesetzte theolog. bibliothec* p. 1004.

** LILIENTHALII *exeget. bibliothec* p. 750.

*** *memoires de Treuoux* MDCCIV. *mart.* p. 208.

...m. IV. *latin. vitembergens.* p. 508.

...in LVTHERI *tomis germanicis, vitembergens. tom.* VIII. p. 541. ...*urg. tom.* VII. p. 676. *lipsiens. tom.* VIII. p. 497. *halens.* ...I. p. 3216.

NICOLAI SELNECCERI *auslegung vber den Ieremiam vnd Sophoniam*, Lipsiæ MDLXVI. 4.

BRANDANI HENRICI GEBHARDI *Zephanias, a pseudhermenia Abarbanelis aliorumque vindicatus et ad oppugnandam partem priorem muniminis fidei R. Isaaci ben Abraham adhibitus*, commentarius philologicus egregius, qui constat disputationibus, ab auctore Gryphiswaldiæ MDCCI. MDCCII. defensis: primum separatim; deinde autem coniunctim editis. *

2) *Reformatorum*

MARTINI BVCERI *Sophonias, ad veritatem ebraicam versus et commentario explicatus*, Argentorati MDXXVIII. 8. præter quam editionem alia eaque Roberti Stephani MDLIV. fol. memoratur: **

IODOCI LARENI *tuba Tsephaniæ*, Medioburgi MDCLIII. 8. quæ est explicatio vaticinii Zephaniæ: ***

IO. ARN. NOLTENII *commentariolus in Zephaniam*, Francofurti ad Oderam MDCCXXIV. 4. cuius labor cœptus quidem; non autem absolutus est. Præter prolegomena, complectitur ille explicationem primi tantum capitis Zephaniæ. *

COMMENTARII IN PROPHETAM HAGGAEVM

1) *Lutheranorum*

PHILIPPI MELANCHTHONIS *argumentum concionum prophetæ Haggæi*, ** quod perbreue est; nec, vti a nonnullis fit, commentariis iure adnumerari potest:

IOANNIS DRACONITIS *Haggæus propheta, e lingua sancta latine versus et explicatus*, Lubecæ MDXLIX. fol.

FRIDERICI BALDVINI *commentarius in Haggæum, Zachariam et Malachiam*, Vitembergæ MDCX. 8. qui postea additus est IO. SCHMIDII *commentario in prophetas minores*, antea a me enarrato, vt illius esset supplementum:

BALTHASAR. WILLII *prophetæ, Haggæus, Zacharias, Mala-*

* ARNDII *bibliotheca Mayeri biblica continuata* p. 100.
** FABRICII *historia bibliothecæ part.* VI. p. 389.
*** *ibidem* p. 425.
* *samlung von alten vnd neuen theologischen sachen*, 1726.
** *part.* II. *operum* eius p. 527.

Malachias, *commentario illustrati*, Bremæ et Cassellis MDCXXXVIII. 8.

AVGVSTI VARENII *trifolium propheticum*; *seu tres posteriores prophetæ*, *scilicet Haggæus*, *Zacharias et Malachias*, *explicati*, Rostochii MDCLXII. 4. *exercitationes* autem eius *duæ in Haggæum*, prodierunt ibidem MDCXLVIII. MDCL. 4.

ANDREAE REINBECKII *exercitationes in prophetam Haggæum*, Brunsuigæ MDCXCII. 4.

DANIELIS PFEFFINGERI *notæ in prophetiam Chaggai*, Argentorati MDCCIII. 4.

FRANCISCI WOKENII *adnotationes exegeticæ in prophetiam Haggæi. Adduntur vindiciæ historicæ*, Lipsiæ MDCCXIX. 4. Sunt illæ tantum notæ grammaticæ, quæ ad sermonem ebræum prophetæ spectant. *

2) *Reformatorum*

IO. MERCERI *scholia et versio ad prophetiam Haggæi ebraice*, Parisiis MDLI.

IACOBI PILKINTONI *commentary vpon Haggæus*, Londini MDLX. 8.

IACOBI BROCARDI *mystica et prophetica interpretatio levitici*, *cantici canticorum*, *Haggæi*, *Zachariæ et Malachiæ*, Lugduni Batauorum MDLXXX. 8.

IO. IACOBI GRYNAEI *commentarius in Haggæum*, Geneuæ MDLXXXI. 8. qui ex auctoris publicis recitationibus collectus atque ab eodem in lucem editus fuit. **

3) *Pontificiorum*

IO. ECKII *commentarius super Haggæum prophetam*, Salingiaci MDXXXVIII. 8.

GEORGII WICELII *enarratio in Haggæum*, Moguntiæ MDXLI.

COMMENTARII IN PROPHETAM ZACHARIAM

1) *Lutheranorum*

MARTINI LVTHERI *der prophet Zacharia ausgeleget*, Vitembergæ MDXXVIII. 4. Erfordiæ eodem anno 8. *** latine

* *iournal des sauans* MDCCXX. *mai.* p. 552.

** FABRICII *historia bibliothec. part* VI. p. 419.

*** exstat in LVTHERI *tomis germanicis*, *vitembergens. tom.* V. p. 366. *ienens. tom.* IV. p. 248. *altenburg. tom.* IV. p. 476. *lipsiens. tom.* VIII. p. 525. *halens. tom.* VI. p. 3292.

HIERONYMI OSORII *commentarius in Z*
loniæ MDLXXXIV. 8. *

CASPAR. SANCTII *commentarius in Zach*
MDCXVI. 4.

IO. DE REYROLES *in Zachariam quæstio*
morales, Parisiis MDCXXXI. fol.

COMMENTARII IN PROPHETAM MAL

1) *Lutheranorum*

MARTINI LVTHERI *commentarius in*
phetam, ** studio *Stephani Agricolæ* germanic
titulo: *auslegung des propheten Malachiæ*, MD

PHILIPPI MELANCHTHONIS *explicat*
Malachiæ, traditæ Vitembergæ anno MDLIII.

IO. DRACONITIS *Malachias propheta ebr*
sionibus chaldæa, græca, latina et germanica,
Lipsiæ MDLXIV. fol.

DAVIDIS CHYTRAEI *explicatio Malach*
chronologia historiæ Maccabæorum usque ad
Rostochii MDLXVIII. 8. **

HENRICI MOLLERI, quem, veluti in p
addictum, nonnulli ad interpretes reforma
expositio Malachiæ prophetæ, Vitembergæ MDL

FRIDERICI BALDVINI *commentarius*
Zachariam et Malachiam, Vitembergæ MDCX
quam separatim in lucem exierat, ille postea
DII *commentario in prophetas minores* additu
modum antea memoraui:

SAMVELIS BOHLII *Malachias propheta.*
tariis rabbinorum, disputationibus ebraicis et e
stochii MDCXXXVII. 4.

* translatus est in *opera* eius, quæ lucem adspexerunt l
fol. quatuor tomis.

** exstat *tom. latin. vitemberg.* IV. p. 520.

*** est in *tomis germanicis, vitemberg. tom.* VIII. p.
tom. VII p. 701. *lipsiens. tom.* VIII. p. 621. *halens.*
operum part. II. p. 541.

** *tomo* II. *operum* p. 455. confer: SCHVTZII *vitam*
p. 331.

FRIDERICI ERNESTI MEISSII *der prophet Zacharias, kurtz und deutlich erkläret*, Lipsiae MDCCVI. 8. quae expositio breuis quidem est; attamen perspicua ac solida auctorque non solum diligenter ostendit, quali ratione vaticinia prophetae inter se sint connexa; sed addit quoque adcuratiorem verborum ac rerum explicationem: *

SAMVELIS BOHLII *analysis et exegesis prophetae Zachariae*, Rostochii MDCCXI. 8. quae a Bohlio coepta; a ZACHARIA GRAPIO autem continuata atque ad finem perducta est. Postquam ille septem priora capita Zachariae anno MDCXXXVIII. nouem dissertationibus breuioribus, in academia rostochiensi habitis, explanauerat, ea ratione, vt dictiones ex accentibus illustraret ac formalem, vti dicitur, significandi vim, quae cum vocibus ebraeis coniuncta sit, indagaret, hic; siue Grapius, disputationes has iterum literis describendas curauit ac quae restabant, a capite nimirum octauo vsque ad finem, adiecit; in ipso autem interpretandi modo exemplum Bohlii minus sequutus est: **

IOACHIMI OPORINI *gantzes schicksal der aus Babel vormals zum theil herausgehenden; zum theil aber daselbst zuruck bleibenden iudischen volcks, bis auf die ankunft ihres messias und die gründung seines geistlichen reiches unter allen völckern, von der göttlichen allwissenheit durch den propheten Zacharias vorgebildet und vorher verkündiget, das ist, der prophet Zacharias aufs neue übersezt, umschrieben, zergliedert und mit anmerckungen begleitet*. Goettingae MDCCXLVII. 4. qui liber ita scriptus est, vt viam expeditam ac facilem ad Zachariam recte intelligendum monstret deque auctoris diligentia et eruditione testetur ***

2 *Reformatorum*

IO. IACOBI GRYNAEI *commentarius in Zachariam*, Geneuae MDLXXXI. 8.

* *vnschuldige nachrichten*, 1706 p. 583. AIETHAEI *berichte von commentariis vber die schrift part*, I p 33' ARNDII *bibliotheca Mayeri biblica continuata* p. 102. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 958.

** *acta eruditor*. MDCCXI. p. 412. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 958. *vnschuldige nachrichten*, 1711 p. 829.

*** KRAFTII *theolog. bibliotbec volum*. II. p. 149.

GVIL. PEMBLEI *exposition on the prophecy of Zachar[i* Londini MDCXXIX. 4. *

CORNELII DE HASE *analysis prophetiæ Zachariæ*, B[re]mæ MDCLXXXIX. 4.

IO. BIERMANNI *de prophetie van Zacharias*, Vltraie[cti] MDCXCIX. ** et iterum MDCCXVI. 4. germanice, interpr[ete] *Emanuel. Meiero*, sub titulo: *weissagung des propheten Zach[a]riæ, fleissiglich zertheilet, gründlich erkläret vnd zur betrac[h]tung zugeeignet*, Basileæ MDCCX. 4. *** In commentar[io] hoc multa erudite, adcurate ac pie tradita sunt, isque dign[us] est, qui laudetur atque honore fruatur. Auctor sectat[us] quidem Cocceium ac statuit nonnulla, minus probanda; qu[æ] tamen facile notari possunt ac remoueri:

HERMANNI GERBADE *Zions vertroosting, opgesloot[en] in de prophetie van Zacharias*, Lugduni Batauorum MDCCI[I]. 4. quæ expositio virtute sua se commendat. Breuis illa es[t] perspicua atque adcurata auctorque præter alia, diligente[r] ostendit, quomodo vaticinia de christo atque ecclesia eiu[s] euenerint: *

SAM. SZATTMAR NEMETHI *prophetia sancti propheta[e] Zachariæ explicata*, Vltraiecti MDCCXIV. 4. Librum hun[c] *Hermann. Alexand. Roell* ad vsum publicum transtulit ac præmisit non solum longiorem præfationem de præstantia atque vtilitate studii prophetici; sed etiam analysin Zachariæ. Auctor ipse nouam versionem prophetæ confecit: quoduis caput in partes suas diuisit resque ac verba interpretatus est. Sequitur ille Coccei sententias: **

HENRICI BOEKHOLTI *de prophet Zacharias verklaart*, Amstelodami MDCCXVIII. 4. cuius commentarii auctor partes boni interpretis impleuit ac laudem sibi conciliauit: ***

RVAR-

* *opera* eius, in quibus *expositio* hæc locum obtinuit, anglice prodierunt, Londini MDCXXXV. fol.

* *boekzaal van Europe* MDCXCVIII. *part.* I. p. 280.

** LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 752. *

ibidem p. 753.

* *vnschuldige nachrichten*, 1714. p. 468. ALETHAEI *commentariis vber die schrift part.* I. p. 365. LILIENT[HALII ex]*egetische bibliothec* p. 751.

* *ibidem* p. 753.

EVARDI ANDALAE *dissertationes in præcipua Zachariæ dicta*, Franeckeræ MDCCXX. 4.

CAMPEGII VITRINGAE *commentarii ad librum prophetiarum Zachariæ quæ supersunt*, Leouardiæ MDCCXXXIV. 4. Quod susceperat Vitringa, opus commentarii in Zachariam is haud absoluere potuit, quum mors impediret, quo minus illud ad finem perduceret. Non vltra, quam ad *capitis quarti versum sextum*, progressus est ac quæ manuscripta reliquit, ea *Hermannus Venema* iuris publici fecit. Prolegomena vberiora, quæ monimentum hoc doctrinæ præfert, Vitringa plene composuerat, antequam mortalitatem suam finiret. Eruditissima sunt illa iisque exponitur de libri huius scriptore, tempore, argumento, auctoritate diuina, modo, quo patefactio Zachariæ contigerit, principiis illius interpretandi, atque analysis additur: *

IO. DANIEL. MANNI *die dem propheten Zacharia durch den in ihm redenden engel des herrn gezeigte gesichte und predigten, in einer vnzerbrochenen, an einander hangenden prophetischen kette zergliedert, erkläret, in ihrer erfüllung angewiesen, auch mit nöthiger zueignung vnd anwendung aufs gewissen versehen*, Bremæ MDCCXXXIV. 4. Explicantur libro hoc sex tantum priora capita Zachariæ, ea ratione, vt magna lux illis adferatur, siue ad verba dicendique formulas; siue ad res ipsas vaticiniorum animum aduertamus, satisque patet, auctorem non mediocri facultate, scripta prophetarum explanandi, instructum fuisse. **

3) *Pontificiorum*

DIDACI DE STVNICA *commentaria in Zachariam prophetam, quibus tres eius editiones, vulgata latina, ebræa et græca, solerter explicantur et præcepta vitæ, cum virtute colenda, litteraliter deducuntur*, Salmanticæ MDLXXVII. fol.

* *acta eruditorum* MDCCXXXVII. p. 300. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 1274.

** LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 755. *samlung zum bau des reichs gottes tom.* III. p. 412.

HIERONYMI OSORII *commentarius in Zachariam*, Coloniae MDLXXXIV. 8. *

CASPAR. SANCTII *commentarius in Zahariam*, Lugduni MDCXVI. 4.

IO. DE REYROLES *in Zachariam quaestiones litterales et morales*, Parisiis MDCXXXI. fol.

COMMENTARII IN PROPHETAM MALACHIAM

1) *Lutheranorum*

MARTINI LVTHERI *commentarius in Malachiam prophetam*, ** studio *Stephani Agricolae* germanice redditus, sub titulo: *auslegung des propheten Malachiae*, MDLV. ***

PHILIPPI MELANCHTHONIS *explicationes in initium Malachiae, traditae Vitembergae anno* MDLIII. *

IO. DRACONITIS *Malachias propheta ebraice, cum versionibus chaldaea, graeca, latina et germanica, ac explanatione*, Lipsiae MDLXIV. fol.

DAVIDIS CHYTRAEI *explicatio Malachiae prophetae et chronologia historiae Maccabaeorum usque ad natum christum*, Rostochii MDLXVIII. 8. **

HENRICI MOLLERI, quem, veluti in pectore Caluino addictum, nonnulli ad interpretes reformatos adiungunt, *expositio Malachiae prophetae*, Vitembergae MDLXIX. 8.

FRIDERICI BALDVINI *commentarius in Haggaeum, Zachariam et Malachiam*, Vitembergae MDCX. 8. qui postquam separatim in lucem exierat, ille postea IO. SCHMIDII *commentario in prophetas minores* additus est, quemadmodum antea memoraui:

SAMVELIS BOHLII *Malachias propheta, cum commentariis rabbinorum, disputationibus ebraicis et explicatione*, Rostochii MDCXXXVII. 4.

IO.

* translatus est in *opera* eius, quae lucem adspexerunt Romae MDXCII. fol. quatuor tomis.

** exstat *tom. latin. vitemberg.* IV. p. 520.

*** est in *tomis germanicis, vitemberg. tom.* VIII. p. 562. *tom.* VII p. 701. *lipsiens. tom.* VIII. p. 621. *balens. tom.* V *operum part.* II. p. 541.

* *tomo* II. *operum* p. 455. confer: SCHVRZFL[illegible] p. 331.

IO. HENRICI VRSINI *commentarius in Malachiam*, Francofurti MDCLII. 8.

AVGVSTI VARENII *trifolium propheticum; seu tres posteriores prophetæ, Haggæus, Zacharias et Malachias, explicati*, Rostochii MDCLXII. 4. qui commentarius iam antea a me adductus est:

NICOLAI KOEPPENII *os angeli domini; siue obseruationes philologicæ LXXIX. in prophetiam Malachiæ, in quibus secundum ductum R. Salomoh ben Melech in michlal iophi in verum difficiliorum quorumdam locorum sensum inquiritur iidemque a pseudhermenia iudæorum inprimis vindicantur*, Gryphiswaldiæ MDCCVIII. 4. qui liber, vti et inscriptio eius ostendit, non pleniorem quidem commentarium exhibet; Malachiæ tamen multam lucem adfert atque inprimis philologiæ studiosis inseruit. *

2) *Reformatorum*

IACOBI BROCARDI *mystica et prophetica interpretatio leuitici, cantici canticorum, Haggæi, Zachariæ et Malachiæ*, Lugduni Batauorum MDLXXX. 8. quam antea iam memoraui:

IO. IACOBI GRYNAEI *hypomnemata in Malachiam*, Geneuæ MDLXXXII. 8. Basileæ MDLXXXIII. MDCXII. 4.

AMANDI POLANI A POLANSDORF *analysis libri Malachiæ*, Basileæ MDXCVII. MDCVI. 8.

RICHARDI STOCKII et SAMVELIS TORSHELI *exercitation vpon the whole prophecy of Malachy*, Londini MDCXLI. fol.

IO. MARTINI *obseruationes in Malachiam, cum analysi*, Grœningæ MDCXLVII. 4. MDCLVIII. 8.

GVIL. SCLATERI *commentary with notes on the prophecy of Malachy*, Londini MDCL. 4.

EDVARDI POCOCKII *commentary on the prophecy of Malachy*, qui vna cum commentario in Micham, antea a me enarrato, in lucem exiit, Oxonii MDCLXXVII. fol.

SALOMONIS VAN TIL *Malachias illustratus; seu nouo commentario analytico et exegetico ad planiorem sensus euolutionem elucidatus et iusta historiæ cum vaticiniis collatione adsertus*,

* ARNDII *bibliotheca Mayeri biblica continuata* p. 104.

ertus, Lugduni Batauorum MDCCI. 4. opus erudite com-
positum laudeque, qua illud ornatur, ac loco principali inter Malachiæ commentarios dignum. Præter præmiſſam introductionem de ipſo Malachia ac libri ætate, auctoritate diuina, argumento, occaſione, ſcopo ac diuiſione, exhibet auctor analyſin eorum, quæ a propheta dicta ſunt: explicat illa, verba pariter ac res, ac qualis fuerit euentus vaticiniorum, ex hiſtoria oſtendit. Bene ſibi conſulit, qui commentario hoc vtitur. Addita eſt diſſertatio de *ſitu paradiſi terreſtris*: *

IO. WESSELII *Malachias enucleatus*, Lubecæ MDCCXXIX. 4. qui libellus ex philologia inprimis Malachiæ lucem præbet ac notas antiquitatum iudaicarum complectitur. **

3) *Pontificiorum*

AVGVSTINI DE QVIROS *commentarii in prophetas Nahum et Malachiam*, Hiſpali MDCXXII. fol. Lugduni MDCXXIII. 4.

GABRIELIS ACOSTAE *commentarius in librum Ruth, threnos Ieremiæ, Ionam et Malachiam*, Lugduni MDCXLI. fol.

§. X.

Notitiam ſuppeditaui eorum, qui libros fœderis
ioris explanarunt. Ordo nunc requirit, vt illos per-
nſeam, qui in voluminibus *fœderis poſterioris* illuſtran-
s operam ſuam collocarunt ac commentarios, ingenii
doctrinæ monimenta, ediderunt. Quodſi ad ipſos li-
os, qui explicati fuerunt, reſpiciamus, duo harum
poſitionum genera ſunt aliæque pertinent ad vniuer-
m teſtamentum nouum; aliæ autem ad partes eius;
e ſingularia ſcripta euangeliſtarum atque apoſtolorum.
traſque enarrabo diſtincte, ita tamen, vt et nunc adhi-
eam delectum.

COM-

* *hiſtoire des ouurages des ſauans* MDCCI. *aug.* p. 354. *iournal des ſauans* MDCCIII. *febr.* p. 205. *acta eruditorum* MDCCII *vnſchuldige nachrichten*, 1702. p. 727. ALETHAEI *berichte von* [*com*]*mentariis vber die ſchrift part.* IV. p. 371. LILIENTHALII *exe*[*geti*]*ſche bibliothec* p. 756. ARNDII *bibliotheca Mayeri biblica* ...

** COLERI *auserleſene theolog. bibliothec volum.* III. p

COMMENTARII IN VNIVERSVM NOVVM TESTAMENTVM

1) *Lutheranorum*

VICTORINI STRIGELII *hypomnemata in omnes libros noui testamenti, quibus et genus sermonis explicatur; et series concionum monstratur et natiua sententia testimoniis piae vetustatis confirmatur*, Lipsiae MDLXV. 8. eodem loco sine indicio anni 4. ac MDLXXXIII. 4.

IOACHIMI CAMERARII *notatio figurarum sermonis in quatuor libris euangeliorum, indicata verborum significatione et orationis sententia*, Lipsiae MDLXXII. 4. *notationes figurarum sermonis in scriptis apostolicis, in libro praxeon et apocalypseos*, Lipsiae MDLVI. 8. MDLXXII. 4. Vtraque pars iunctim prodiit sub titulo: *commentarius, in nouum foedus elaboratus, nunc denuo plurimum illustratus et locupletatus, cum nouo testamento ac* THEODORI BEZAE *adnotationibus*, Cantabrigiae MDCXLII. fol. Id maxime agit Camerarius, vt secundum grammaticorum leges sensum litteralem indaget; quae autem ad dogmata et controuersias theologorum pertinent, ea negligit: pauca saltem de illis nonnunquam adfert ac Matthiam Flacium, acerrimum Melanchthonis hostem, perstringit. Graecae linguae, cuius Camerarium peritissimum fuisse, constat, qui studiosi sunt, iis praecipue commentarius hic commendandus est: *

MATTHIAE FLACII *glossa compendiaria in nouum testamentum*, Basileae MDLXX. MDCLIX. fol. ac cum *nouo testamento iesu christi, filii dei, ex versione Erasmi Roterodami, innumeris in locis ad graecam veritatem genuinumque sensum emendata*, Francofurti MDCLXX. fol. quod opus est egregium atque ad libros noui foederis interpretandos vtilia adiumenta praebet, inprimis si auctoris *clauis scripturae* cum isto coniungatur. Complectitur id notas breuiores, ita comparatas, vt maxime adferantur, quae ad textum explanandum atque illustrandum pertinent; attamen Flacius interdum a re principali digreditur: ad dogmata ac controuersias theologicas se conuertit ac more suo vehementiorem animum erga eos ostendit, a quibus dissentit; aut contra quos dis-

 putat.

* SIMONIS *histoire critique des principaux commentateurs du nouueau testament cap.* XLVII. p. 703. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 571.

lucem emisit: *obseruationes in euangelium Matthæ*
gico-exegeticas selectissimas, Hamburgi MDCCXLVII.
uationes in euangelium Marci, Lipsiæ MDCCXLVII. 4
tiones in euangelium Lucæ, Lipsiæ MDCCXLVIII. (
non magnum momentum habent ratioque com
in illis adhibita, longe diuersa est ab ea, quam
sequitur:

IO. ALBERTI BENGELII *gnomon noui testa*
quo ex natiua verborum vi simplicitas, profunditas,
tas, salubritas sensuum cælestium indicatur,
MDCCXLII. 4. quam primam editionem sequuta e
curis beati auctoris posterioribus aucta et emenda
titulo dicitur, eodem loco MDCCLIX. 4. Opere
breuiores continentur, ad id præcipue conscriptæ,
ligatur, qualis significandi vis cum vocibus ac d
sit coniuncta ac quo modo orationum sacrarum
ter se cohæreant. Aliis id se probauit; aliis aute
Non sine fructu ab illis consulitur, qui breuitati stu
copiosiores commentarios legendi, facultatem n
bent. Varia adnotauit Bengelius, quæ partim ab
pretibus prætermissa sunt; partim inter nouas s
attamen non penitus adprobandas, referri debent

CHRISTOPHORI AVGVSTI HEVMANNI
des neuen testaments, opus, quo auctor eruditionem
vim ac studium libere sentiendi, vti in aliis ingeni
nimentis, monstrauit; minus autem singulæ interp
ac sententiæ omnibus se commendarunt. Nim
coniecturis suis tribuit nimisque studiosus est cog
nouarum. Prodiit commentarius hic satis copiosu
tes. Lucem adspexit *prima* in *Matthæum* ac *Marci*
nouerae MDCCL. 8. *secunda* in *Lucam*, Hannouerae M
tertia in priorem partem *euangelii Ioannis*, eodem
que anno 8. *quarta* in posteriorem partem
Ioannis, MDCCLII. 8. *quinta* et *sexta* in *acta*
rum, ibidem MDCCLIII. 8. MDCCLIV. 8.
in *epistolam ad Romanos*, ibidem MDCCLV.

* KRAFTII *theologische bibliothec volum.* IV. p. 394.
** *nachrichten von den neuesten theolog. büchern volum.* I.
LIENTHALII *fortgesezte theol. bibliothec* p. 1005.

fol. * Edidit *thesaurum* hunc *Io. Henricus Feustkingius* ac quum Hunnius mortalitatem suam finire debuisset, antequam singulos fœderis noui libros enarrasset, aliorum theologorum interpretationem adiecit, vt, quæ deerant, ea suppleret atque opus redderet plenius. Accesserunt ita commentarii IO. WINCKELMANNI in *Marcum*, *Lucam*, *epistolas Petri*, *Iacobi* atque *apocalypsin*: DANIEL. ARCVLARII in *acta apostolorum* et ipsius FEVSTKINGII in *epistolas posteriorem ad Timotheum*, *secundam* et *tertiam Ioannis* ac *Iudæ*. Reliqua omnia euangelistarum atque apostolorum diuiniora scripta HVNNIVS explanauit ac reliquit commentationes in *Matthæum* ac *Ioannem*: in *Paulli epistolas ad Romanos*, *Corinthios*, *Galatas*, *Ephesios*, *Philippenses*, *Colossenses*, *Thessalonicenses*, *priorem ad Timotheum*, *Titum*, *Philemonem*, *primam Ioannis et ad Ebræos*. ** Præmissus est operi huic HVNNII liber, adcurate docteque scriptus, de *maiestate*, *auctoritate*, *fide et certitudine sacrarum litterarum*, atque addita eiusdem vita, a LEON. HVTTERO litteris mandata. In commentariis ipsis elaborandis Hunnius non præcipue de eo cogitauit, vt notas criticas ac philologicas ex aliorum libris colligeret variamque monstraret eruditionem; sed vt verum sensum inuestigaret hancque in rem propriam adhiberet meditationem ac scripturam interpretaretur ex scriptura. Præter verborum explicationem, diligenter ostendit, quæ singulorum librorum ac capitum sint argumenta: quæ eorum partes, ac subiecit quoque locos doctrinæ ac vitæ: ***

DANIELIS SEVERINI SCVLTETI *paraphrasis continua in integrum nouum testamentum, quæ simul nouam iuxta originalem textum concinnatam versionem exhibet, cum obseruationibus, maximam partem theologicis et philologicis*, Luneburgi MDCCXX. fol. Librum hunc post auctoris obitum

* *acta eruditor.* MDCCV p 241. MDCCVII. p 205. *vnschuldige nachrichten*, 1705. p. 479. 1707. p 437. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 569. SIMONIS *histoire critiqu. des principaux commentateurs du nouueau testament cap.* XLVII. p. 708. BVDDEI *isagog. ad theolog. vniuersam libr.* II. *cap* 8. p. 1685.

** commentarii hi locum obtinuerunt in HVNNII *operum latinorum tomo* III. et IV quæ Vitembergæ MDCVII. prodierunt.

*** vide: FRANCKII *monita pastoralia* p. 72.

Werner. Michael Borcholt iuris publici fecit. Continentur eo noua verſio, ad ſermonem ſacrum diligenter compoſita: paraphraſis, apte ac perſpicue ſcripta: notæ philologicæ ac theologicæ eæque breuiores, quibus dictæ paraphraſi, vbi obſcurior eſt; aut eſſe videtur, maior lux adfertur. Qui librum hunc conſulit, ille vtilitatem exſpectare poteſt: *

GEORGII MICHAELIS LAVRENTII *kurtze erklärung der bucher neuen teſtaments, in tabellen verfaſſet, worinnen der innhalt, ordnung vnd zuſammenhang derſelben vorgeſtellet, die worte erkläret vnd einige aus ſolchen flieſſende lehren gezeiget werden, ſamt kurtzer paraphraſi.* Opus hoc per partes in lucem exiit, Gothæ ac Halæ ab anno MDCCV. 4. non eo autem ordine, quo libri euangeliſtarum atque apoſtolorum in volumine fœderis poſterioris inter ſe coniuncti ſunt. Initium fecit auctor ab *epiſtola ad Titum*, Gothæ MDCCV. cuius interpretatio poſtquam prodierat, reliqua ſcripta diuiniora, eodem modo explanata, Halæ ſequuta ſunt atque in conſpectum publicum venit explicatio *epiſtolarum ad Ebræos*, MDCCIX. *prioris ad Corinthios*, MDCCX. *poſterioris ad Corinthios*, MDCCXI. *ad Galatas*, MDCCXII. *ad Epheſios*, MDCCXIII. *ad Philippenſes*, MDCCXIII. *ad Coloſſenſes*, MDCCXIII. *ad Theſſalonicenſes*, MDCCXIV. *ad Timotheum*, MDCCXV. *ad Philemonem*, MDCCXV. *Petri*, MDCCXVI. *Iudæ*, MDCCXVI. *Iacobi*, MDCCXVII. *Ioannis*, MDCCXVIII. *euangeliorum Matthæi*, MDCCXXI. *Marci*, MDCCXXIII. *Lucæ*, MDCCXXIV. *Ioannis*, MDCCXXVI. Commentarii hi non ſolum ob exquiſitam analyſin, quæ in tabulis exhibetur; ſed etiam ob breuiores explicationes rerum ac verborum additamque paraphraſin commendandi ſunt. Adhibuit ſane auctor interpretandi rationem, quæ diſtincta eſt, perſpicua ac pia:

IO. CHRISTOPHORI WOLFII *curæ philologicæ et criticæ in quatuor euangelia et actus apoſtolicos, quibus integritati contextus græci conſulitur, ſenſus verborum ex præſidiis philologicis illuſtratur, diuerſæ interpretum ſententiæ ſummatim*

* *ſamlung von alten vnd neuen theologiſchen ſachen*, 1720. p. 1100. 1721. p. 89. LILIENTHALII *exegetiſche bibliothec* p. 563.

tim enarrantur et modesto examini subiectae vel adprobantur; vel repelluntur, Hamburgi MDCCXXV. 4. * eiusdem *curae philologicae et criticae in quatuor priores Paulli epistolas*, ceter. *Accedit adpendicis loco examen locorum aliquot Paullinorum, a L. M. Artemonio nuper temere et infeliciter sollicitatorum*, Hamburgi MDCCXXXII. 4. ** eiusdem *curae philologicae et criticae in decem posteriores Paulli epistolas*, Hamburgi MDCCXXXIV. 4. *** ac *curae philologicae et criticae in apostolorum Iacobi, Petri, Iudae et Ioannis epistolas huiusque apocalypsin. Accedunt in calce quaedam ex Photii Amphilochiis adhuc non editis, cum interpretatione latina et notis*, Hamburgi MDCCXXXV. 4.* Iterum *curae* hae litteris descriptae sunt Basileae MDCCXLI. 4. Opus earum ostendit auctoris insignem eruditionem iudicandique facultatem pariter ac magnum laborem, ac quae ab eo exspectari potest, vtilitas non mediocris est. Exhibet illud veluti epitomen eorum, quae alii scriptores, maxime philologi ac critici, in libros noui testamenti commentati sunt, quumque variorum sententiae adferuntur, Wolfius plerumque illas quoque diiudicat ac quando dissentit, modestiam laudabilem monstrat. Ex profanorum auctorum monimentis multa illustrantur ac quae alii interpretes ediderunt, ea diligenter recensentur, eorum nimirum libri, commentationes, dissertationes, obseruationes similesque ingenii fetus. LAVRENTIVS REINHARDVS iam enarratas *curas* augendas suscepit atque in lucem

* *acta eruditorum* MDCCXXV. p. 347. *bibliotheque germanique tom.* XII. p. 62. *deutsche acta eruditor. volumin.* IX. p. 685. COLERI *auserlesene theolog. bibliothec volum.* II. p. 93. *samlung von alten vnd neuen theologischen sachen*, 1725. p. 612. 1090. ALETHAEI *bericht von commentariis vber die schrift part.* VI. p. 1. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 777. REIMMANNI *catalogus bibliothecae theolog.* p. 630.

** *bibliotheque germanique tom.* XXV. p. 36. et *tom.* XXVII. p. 132. *acta eruditor.* MDCCXXXII. p. 320. COLERI *auserlesene theologische bibliothec volum.* VI. p. 528. *samlung von alten vnd neuen theologischen sachen*, 1733. p. 488.

*** *bibliotheque germanique tom.* XXVIII. p. 83. COLERI *auserlesene theolog. bibliothec vol.* VII. p. 66.

* *acta eruditor.* MDCCXXXVII. p. 208. *samlung von alten vnd neuen theologischen sachen*, 1737. p. 188.

lucem emisit: *obseruationes in euangelium Matthæi philologico-exegeticas selectissimas*, Hamburgi MDCCXLVII. 4. *obseruationes in euangelium Marci*, Lipsiæ MDCCXLVII. 4. *obseruationes in euangelium Lucæ*, Lipsiæ MDCCXLVIII. 4. * quæ non magnum momentum habent ratioque commentandi, in illis adhibita, longe diuersa est ab ea, quam Wolfius sequitur:

IO. ALBERTI BENGELII *gnomon noui testamenti, in quo ex natiua verborum vi simplicitas, profunditas, concinnitas, salubritas sensuum cælestium indicatur*, Tubingæ MDCCXLII. 4. quam primam editionem sequuta est *secunda, curis beati auctoris posterioribus aucta et emendata*, vti in titulo dicitur, eodem loco MDCCLIX. 4. Opere hoc notæ breuiores continentur, ad id præcipue conscriptæ, vt intelligatur, qualis significandi vis cum vocibus ac dictionibus sit coniuncta ac quo modo orationum sacrarum partes inter se cohæreant. Aliis id se probauit; aliis autem minus. Non sine fructu ab illis consulitur, qui breuitati student; aut copiosiores commentarios legendi, facultatem nullam habent. Varia adnotauit Bengelius, quæ partim ab aliis interpretibus prætermissa sunt; partim inter nouas sententias; attamen non penitus adprobandas, referri debent: **

CHRISTOPHORI AVGVSTI HEVMANNI *erklärung des neuen testaments*, opus, quo auctor eruditionem, ingenii vim ac studium libere sentiendi, vti in aliis ingenii sui monimentis, monstrauit; minus autem singulæ interpretationes ac sententiæ omnibus se commendarunt. Nimium sane coniecturis suis tribuit nimisque studiosus est cogitationum nouarum. Prodiit commentarius hic satis copiosus per partes. Lucem adspexit *prima* in *Matthæum* ac *Marcum*, Hannoueræ MDCCL. 8. *secunda* in *Lucam*, Hannoueræ MDCCLI. 8. *tertia* in priorem partem *euangelii Ioannis*, eodem loco atque anno 8. *quarta* in posteriorem partem *euangelii Ioannis*, MDCCLII. 8. *quinta* et *sexta* in *acta apostolorum*, ibidem MDCCLIII. 8. MDCCLIV. 8. *septima*, in *epistolam ad Romanos*, ibidem MDCCLV. 8. *octaua*,

* KRAFTII *theologische bibliothec volum.* IV. p. 394.

** *nachrichten von den neuesten theolog. büchern volum.* ... IIENTHALII *fortgesezte theol. bibliothec* p. 1005.

na in *epistolas Ioannis* et *Paulli ad Philippenses* ac *Colossenses*, ibidem MDCCLVI. 8. *nona* in *epistolas Paulli ad Timotheum*, ibidem MDCLVII. 8. *decima* in *Paulli priorem epistolam ad Corinthios*, ibidem MDCCLIX. 8. *vndecima* in *posteriorem epistolam ad Corinthios*, vsque ad illius caput duodecimum, ibidem MDCCLX. 8. *duodecima* in *epistolae posterioris ad Corinthios* caput secundum tertiumque ac decimum, ibidem MDCCLXIII. 8. *

2) *Reformatorum*

VLRICI ZVINGLII *adnotationes in libros noui testamenti*, non omnes quidem; attamen plerosque, in *quatuor* nimirum *euangelia historiamque passionis domini*: in *Paulli epistolas ad Romanos*, *Corinthios*, *Philippenses*, *Colossenses*, *Thessalonicenses*: in *epistolam Iacobi*, *ad Ebraeos* ac *Ioannis canonicam primam*: **

HENRICI BVLLINGERI *noui testamenti historia euangelica*, *sigillatim per quatuor euangelistas descripta*, *vna cum actis apostolorum omnibusque epistolis apostolorum explicata commentariis*, Tiguri MDLIV. MDLXXXVII. MDXCIII. MDC. fol. Commentarii, qui volumine hoc iunctim exhibentur, separatim quoque in lucem exierunt:

THEODORI BEZAE *adnotationes maiores in nouum testamentum*, quae in conspectum eruditorum venerunt non solum cum graeco textu noui testamenti ac versione Bezae latina, Geneuae MDLVI. MDLXV. MDLXXXII. MDLXXXVIII. MDXCVIII. Cantabrigiae MDCXLII. fol. sed etiam separatim, sub inscriptione: *adnotationes maiores in nouum domini nostri iesu christi testamentum*, *in duas distinctae partes*, *quarum prior explicationem in quatuor euangelistas et acta apostolorum*; *posterior vero in epistolas et apocalypsin continet*, ex officina Henrici Stephani, MDXCIV. 8. *** Diuersa sunt virorum

* KRAFTII *theologische bibliothec volumin.* V. p. 578. VII. p. 105. VIII. p. 17. 579. IX. p. 475. X. p. 195. XI. p. 291. XII. p. 410. XIV. p. 612. *acta eruditorum* MDCCL. p 531. MDCCLI. p. 347. MDCCLII. p 684. MDCCLIV. p. 394. MDCCLVI. p. 193. MDCCLVII. p. 309. 139

** exstant *adnotationes* hae in ZVINGLII *operum tomo* IV.

*** BAVMGARTENII *nachrichten von merckwürdigen büchern volum.* X. p. 206.

rum eruditorum iudicia vti de BEZAE versione latina noui testamenti; ita de *adnotationibus* eius. Haberi in illis, quae non sine caussa reprehenduntur, haud diffitendum est. Multa loca multasque dictiones scripturae graecae noui testamenti in suspicionem vitiorum ac corruptionum adducere, Beza non dubitat; praeterea autem placita sua adferendi, defendendi propagandique, nullam negligit occasionem. Attamen et multa *adnotationes* hae complectuntur, quae praeclare atque erudite dicta sunt ac testantur, Bezam fuisse virum litterarum graecarum artisque criticae non mediocriter peritum ac praestantissimo praeditum iudicio. Eam ob caussam *adnotationes* eius laudandae, reprehendendae ac cum iudicio legendae sunt: *

AVGVSTINI MARLORATI *noui testamenti catholica expositio ecclesiastica; siue bibliotheca expositionum noui testamenti, id est, expositio ex probatis omnibus theologis collecta et in vnum corpus singulari artificio conflata, quae instar bibliothecae multis expositoribus refertae esse posset*, quod opus prodiit typis Henrici Stephani MDLXI. MDLXIV. MDLXX. Genevae MDLXXXIII. MDLXXXV. MDXCIII. MDXCVI. MDCXX. Heidelbergae MDCIV. fol ** Non mediocrem existimationem opus hoc conciliasse sibi, tot eius editiones testantur. Memorabile illud omnino est; nec in omnium manibus versatur. Exhibetur Erasmi versio latina noui testamenti: variae expositiones collectae sunt ex scriptis cum patrum ecclesiae; tum recentiorum interpretum, non solum reformatorum; sed etiam lutheranorum; cum his autem et suas auctor coniunxit: ***

BENEDICTI ARETII *commentarii in domini nostri iesu christi nouum testamentum*, quorum varias editiones adcurate ac

* CRENII *animaduersion. philologic. et historic. part* XII. p 45 OLASSII *philolog. sacr.* p. 253. SIMONIS *histoire critique des principaux commentateurs du nouueau testament cap.* L. p. 751. ALETHAEI *berichte von commentar. vber die schrift part.* II. p. 355. *vnpartheyischer bibliothecarius* p. 276.

** editiones has recenset LE LONG *bibliothec. sacr.* p. 847 eas autem omnes dictis annis prodiisse, pro certo adfirmare non possum.

*** BAVMGARTENII *nachrichten von merckwürdigen büchern vol.* VIII. p. 207. *vol.* X. p. 205. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 574.

ac distincte recensere, difficile fere est. In manibus habeo: *commentarios in quatuor euangelistas*, MDXCVI. *commentarios in actuum apostolorum historiam*, MDXC. *commentarios in omnes epistolas Paulli et canonicas, itemque in apocalypsin Ioannis*, MDLXXXIX. fol. sine indicio loci, et omnes *commentarios* hos coniunctim, Parisiis MDCVII. fol. Praeter editiones has, memorantur aliae, Morgiis ab anno MDLXXX. ad annum MDLXXXIV. 8. vndecim voluminibus: Geneuae MDCVII. quae eadem esse videtur cum Parisiensi, a me adducta: Bernae MDCXII. Parisiis MDCXVIII. fol. duobus voluminibus. * Commentarii ipsi ab Aretio docte ac diligenter conscripti sunt auctorque sensum feliciter eruit: **

DANIELIS TOSSANI *commentarii in nouum testamentum*, Hanouiae MDCIV. 4. duobus voluminibus, post auctoris obitum cura filiorum editi. Exstant illi etiam sub titulo: *opera theologica*, Hanouiae MDCXIV. Spectant isti non ad singulos foederis noui libros. Desunt epistolae Paulli ad Philemonem ac Ioannis secunda ac tertia. Nec exhibetur commentarius in omnes euangelistas; sed tantum harmonia; siue consensus illorum. Inter expositiones pertractantur argumenta dogmatica ac polemica auctorque oblata occasione, pontificios confutat atque ecclesiae suae proprias sententias defendit; simul tamen eruditionem ostendit: ***

IO. DRVSII *adnotationes in totum iesu christi testamentum; siue praeteritorum libri decem, in quibus, praeter alia innumera, consensus ostenditur synagogae israeliticae cum ecclesia christiana*, Franeckerae MDCXII. 4. Amstelodami MDCXXXII. 4. quae adnotationes adpellantur *praeterita*, quoniam a prioribus noui testamenti interpretibus, Erasmo, Beza atque aliis, haud obseruata ac veluti praeterita complectantur. Addi possunt eiusdem DRVSII *ad voces ebraicas noui testamenti commentarius duplex: prior ordine alphabetico conscriptus est: alter*

* LE LONG *bibliothec. sacr.* p. 614.

** *vnschuldige nachrichten*, 1714. p. 962. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 575.

*** FABRICII *historia bibliothecae part.* III. p. 354. *vnschuldige nachrichten*, 1714. p. 961.

alter antehac editus fuit Antuerpiæ, * Franeckeræ MDCXVI. 4. atque *adnotationum in nouum testamentum pars altera*, cum delineatione vitæ operumque Drusii, editorum et nondum editorum, cura *Abel. Curiandri*, Franeckeræ MDCXVI. 4. Quas scripsit Drusius, notæ breues quidem sunt; attamen eruditæ atque vtiles; nec minutiæ grammaticæ, ab auctore adlatæ, honorem earum imminuunt: **

LVDOVICI DE DIEV *animaduersiones in libros noui testamenti*, quarum partes separatim omnesque Lugduni Batauorum 4. editæ sunt: in *euangelistas*, MDCXXXIII. in *acta apostolorum*, MDCXXXIV. in *epistolas Paulli*, *canonicas atque apocalypsin*, post vitam auctoris finitam, MDCXLVI. Accesserunt *animaduersiones in veteris testamenti libros omnes* ac lucem adspexerunt Lugduni Batauorum MDCXLVIII. 4. Vtræque et veteris et noui testamenti coniunctim postea prodierunt, sub inscriptione: *critica sacra; siue animaduersiones in loca quædam difficiliora veteris et noui testamenti, variis in locis ex auctoris manuscriptis aucta. Suffixa est apocalypsis Ioannis syriaca, quam ante aliquot annos ex manuscripto Iosephi Scaligeri auctor primus edidit, versione latina notisque illustrauit*, Amstelodami MDCXCIII. fol. Inter præstantissimos litterarum sacrarum interpretes DE DIEV iure locum obtinet. Quum linguarum syriacæ, arabicæ, persicæ, æthiopicæ peritissimus esset ac versionibus sermonum orientis vti posset, præsidiis his instructus, multis scripturæ locis lucem adtulit ac præsertim vocum significationes feliciter indagauit: ***

DANIELIS HEINSII *sacrarum exercitationum ad nouum testamentum libri XX. in quibus contextus sacer illustratur, sanctorum patrum aliorumque sententiæ examinantur, interpre-*

* sub titulo: *ad voces ebraicas noui testamenti commentarius, in quo præter explicationem vocum, variæ; nec leues censuræ*, Antuerpiæ MDLXXXII. 4.

** LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 1072. NICERONII *memoires tom* XXII. p. 67. seq.

*** MAYERI *bibliotheca biblica* p. 122. SIMONIS *histoire critique des principaux commentateurs du nouveau testament cap.* LIII p. 787. BVDDEI *isagoge ad theolog. vniuers. lib.* II. *cap.* (?) p. 1716. *acta erudit.* MDCXCIV. p. 399. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 995.

[inter]pretationes denique antiquae aliaque ad eum expenduntur, [q]uae cum *Aristarcho* eius *sacro, emendatiore; nec paullo auctiore*, Lugduni Batauorum MDCXXXIX. fol. et Cantabrigiae [MD]CXL. 4. quae posterior editio priore emendatior est atque [in]dice graeco locupletata. Sententiae virorum eruditorum [de] opere hoc sunt diuersae. Non defuerunt, qui de illo [sini]stre iudicarent, Hugo Grotius, Claudius Salmasius atque alii. [Inter] hos IO. CROIVS *sacras et historicas in nouum foedus [ob]seruationes*, Geneuae MDCXLV. 4. edidit iisque in Heinsium [acr]iter animaduertit Bezamque aduersus illum defendit; qui tamen caussam suam egit in *apologia aduersus Io. Croii calumnias pro exercitationibus suis in nouum testamentum*, Lugduni Batauorum MDCXLVI. 12. Non carent *exercitationes* hae vitiis. Nimis cumulat Heinsius ebraismos noui testamenti: multas minutias grammaticas adfert, quae nullius fere vtilitatis sunt, atque interpretandi rationem nonnunquam adhibet, minus adcuratam ac firmam. Cum iudicio igitur istae legi; minus autem contemni debent, quoniam Heinsius ea quoque commentatus est, quae erudita sunt ac lucem praebent: *

EDVARDI LEIGHII *annotations vpon the new testament*, Londini MDCL. fol. latine, interprete *Theodoro Arnoldo*, sub titulo: *in vniuersum nouum testamentum adnotationes philologicae et theologicae, vbi emphasis et elegantia graeci contextus obseruatur: versionis anglicanae imperfectiones quaedam deteguntur: diuersi ritus iudaici et consuetudines, ad textus illustrationem facientes, referuntur*, cum *Ioann. Georgii Lotteri* praefatione, Lipsiae MDCCXXXII. 8. ** quarum adnotationum ea est ratio, vt illae ex libris praestantissimorum scripturae sacrae interpretum atque aliorum auctorum, non

* FABRICII *historia bibliothecae part.* IV. p. 90. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 998. REIMMANNI *catalogus bibliothecae theologicae* p. 607. GERHARDI *praefatio exegeseos euangelicorum et apostolicorum textuum.*

[** ac]ta *eruditorum* MDCCXXXII. p. 384. *deutsche acta erudit. vol.* [I]V. p. 486. *samlung von alten und neuen theolog. sachen*, 1734. p. 103. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 1236.

non tantum reformatorum; ſed etiam lutheranorum ac pontificiorum collectæ ſint, ſine partium ſtudio cumque iudicio. Præbent eam ob cauſſam omnino vtilitatem iis, qui in volumine fœderis poſterioris explicando operam ſuam collocant:

HENRICI HAMMONDI *paraphraſe and annotations vpon all the books of the new teſtament*, Londini MDCLIII. MDCLIX. MDCLX. MDCLXXX. MDCLXXXI. MDCLXXXIX. MDCCII. fol. * quo opere continentur textus ſacer anglice, paraphraſis atque adnotationes. Conuertit illud *Io. Clericus* in ſermonem latinum, ea ratione, vt in locum verſionis anglicæ ſubſtitueret vulgatam nouumque teſtamentum hoc et ſuis notis illuſtraret atque augeret. Ita adornata verſio hæc in lucem prodiit, ſub titulo: *nouum teſtamentum domini noſtri ieſu chriſti, ex verſione vulgata, cum paraphraſi et adnotationibus Henrici Hammondi. Ex anglica lingua in latinam tranſtulit ſuisque animaduerſionibus illuſtrauit, caſtigauit, auxit Io. Clericus*, Amſtelodami MDCXCVIII. fol. ** Quum Clericus refutaſſet ſæpe Hammondum atque emendare voluiſſet, pro Hammondo euulgata eſt defenſio, inſcriptionis huius: *the reuerend and learned dr. Hammond and his paraphraſe and annotations on the new teſtament, vindicated from the rude and iniuſt reflexions made vpon him and them by monſieur le Clerc, in his ſupplement to dr. Hammond's paraphraſe*, ceter. Londini MDCXCIX. 8. *** quæ acerbe compoſita eſt auctorque id egit, vt monſtraret, Clericum male ac ſine cauſſa Hammondum reprehendiſſe ac ſuſcepiſſe emendationes minus feliciter. Præter defenſionem hanc, alia, auctore IO. MILNERO, contra Clericum lucem adſpexit, itidem lingua anglicana ac titulo hoc: *animaduerſions vpon monſieur le Clercs reflexions vpon our ſauiour and his apoſtles and other diuinely inſpired perſons, as alſo vpon the primitiue fathers and dr. Hammond, in his ſupplement to dr. Hammonds para-*

nachrichten von einer hälliſchen bibliothec volum. VII. p. 125.

* *acta eruditor* MDCXCIX. p. 5. NEOCORI et SIKII *bibliotheca librorum nouor. tom.* III. p. 498. *hiſtoire des ouurages des ſauans* MDCXCVIII. p. 220.

** BAVMGARTENII *nachrichten von merckwürdigen büchern volum.* VIII. p. 213. *acta eruditor.* MDCC. p. 362.

paraphraſe and annotations vpon the new teſtament, Cantabrigiæ MDCCII. 8. * quæ etiam vehementi in aduerſarium animo [1] ſcripta eſt; maiorem tamen induſtriam, adcurationem atque ordinem oſtendit. Reſpondit CLERICVS *epiſtola ad amicum Anglum de verſione anglica additamentorum ad adnotationes Henrici Hammondi in nouum teſtamentum*, ** iterumque poſtea hoſtibus ſuis reſtitit, quum HAMMONDI *nouum teſtamentum*, a *Clerico* editum, denuo litteris deſcriberetur. Prodiit hæc editio *ſecunda, multo emendatior et adiectis ex editione gallica noui teſtamenti adnotationibus ſelectis aliisque auctior*, Francofurti MDCCXIV. fol. *** Editio hæc ſecunda omnino prima locupletior eſt atque adcuratior. Acceſſerunt multæ adnotationes, quibus Clericus libris noui fœderis maiorem lucem adtulit: in Hammondum animaduerſiones cenſorias adhibuit ſuamque cauſſam contra aduerſarios Anglos iterum egit. Addidit quoque, vti titulus ſignificat, notas ſelectas ex *nouo teſtamento gallico*, a CLERICO illuſtrato atque edito, Amſtelodami MDCCIII. 4. Tranſtulit præterea in editionem hanc XVIII. *prima commata primi capitis*
1 *euangelii Ioannis, paraphraſi et animaduerſionibus illuſtrata* * iisque aptiorem, quam antea, ** locum adſignauit. Multa a Clerico præclare ac docte adnotata ſunt, inprimis ex profanorum ſcriptorum monimentis, quæ interpreti noui teſtamenti vtilia adiumenta præbere poſſunt. Mirum tamen non eſt, non omnia, ab eo dicta, omnibus ſe probaſſe, quum commentatus eſt, quæ arminianiſmum et ſocinianiſmum

* BAVMGARTENII *nachrichten von merckwürdigen büchern volumin.* VIII. p. 214.

** *epiſtol. critic.* p. 265. quæ *artis criticæ volumen tertium* conſtituunt: adde: CLERICI *vitam et opera*, Amſtelodami MDCCXI. p. 91. ſeq.

*** *iournal des ſauans* MDCCXVI. *mai.* p. 501. CLERICI *bibliotheque ancienne et moderne tom.* II. p. I. *deutſche acta erudítor. volum.* III. p. 495. *neue bibliothec volum.* V. p. 67. LILIENTHALII *exegetiſche bibliothec* p. 576. 1269. BAVMGARTENII *nachrichten von merckwürdigen büchern volum.* VIII. p. 203. ALETHAEI *berichte von commentariis vber die ſchrift part.* III. p. 98.

* *tom.* I. p. 391.

** adiecerat illa CLERICVS *commentario* ſuo *in geneſin.*

mum ſapiunt. Quas ſcripſit Hammondus, adnotationes ſunt philologicæ, criticæ ac hiſtoricæ ac monſtrant eruditionem non mediocrem; eas tamen laborare variis vitiis, iam dudum viri doctiſſimi iudicarunt. Se non plane ab Arminianis abhorrere, haud obſcure ſignificat ac veſtigiis Hugonis Grotii nonnunquam inſiſtit. Plurima noui teſtamenti loca ad gnoſticos trahit; quum autem eos inueniſſe ſe, falſo ſibi perſuaderet, fieri aliter non potuit, quam vt multa ſcripturæ ſacræ effata peruerteret atque a vera illorum ſententia longe diſcederet. Nec vllam prætermittit occaſionem, epiſcopalium, vti dicuntur, in Anglia diuinam originem ac iura defendendi, ac monſtrat, ſe illorum partibus eſſe addictum. Opus igitur hoc Hammondi ac Clerici cum debito iudicio legi debet: *

IACOBI CAPELLI *obſeruationes in nouum teſtamentum*, quæ cum LVDOVICI CAPELLI *ſpicilegio poſt meſſem, hoc eſt, noua nonnullorum noui teſtamenti locorum illuſtratione atque explicatione*, Geneuæ MDCXXXII. 4. edito, in lucem prodierunt, Amſtelodami MDCLVII. 4.

IO. TRAPPII *commentary vpon the new teſtament, with a decade of common-places*, Londini MDCLVI. fol.

RICHARDI BAXTERI *paraphraſe on the new teſtament with notes, doctrinal and practical*, Londini MDCLXXXV. MDCCII. 8. quæ eſt tertia editio ac coniunctam ſibi habet adpendicem de controuerſiis, in quas auctor ob notas quasdam adductus eſt, ita relatis, vt defenſio illius exhibeatur:

DANIELIS WHITBY *paraphraſe and commentary on the new teſtament*, Londini MDCCIII. et quintum MDCCXXVII. fol. duobus voluminibus, quorum prius quatuor euangelia et apoſtolorum acta: poſterius omnes epiſtolas cum diſſertatione de mille annis complectitur. Additus eſt index chronologicus cum tabula geographica. Primum in conſpectum eruditorum venit volumen poſterius idque epiſtolarum, Londini MDCC. fol. ** poſtea autem illud denuo litteris deſcriptum

* HAMMONDI *nouum teſtamentum* anglice quoque exſtat in eiusdem *operum volumine* IV. Prodierunt illa cura *Guil. Fulmani* lingua anglica, Londini MDCLXXXIV. fol. quatuor voluminibus.

** *actor. eruditor. ſupplementor. tom.* III. p. 412.

ptum eſt ac volumen prius, euangeliis atque apoſtolorum actis conſecratum, acceſſit. Præclarum opus eſt, quod optimis librorum noui fœderis expoſitionibus iure adnumeratur. Præter paraphraſin ac locorum difficiliorum explicationem, eo continentur præfationes, commentationes atque appendices, quibus varia argumenta hiſtorica, philologica ac theologica erudite atque ea ratione enarrantur, vt illæ ſcriptis euangeliſtarum atque apoſtolorum lucem præferant. Inter alia exponitur de euangelio Matthæi, num id ebraice; an græce conſcriptum ſit: de Ioanne, vero euangelii ipſius auctore: de veritate religionis chriſtianæ, ex actis apoſtolorum demonſtranda: de peccato in ſpiritum ſanctum: de deſcenſu chriſti ad inferos: de euangeliorum quatuor auctoritate, atque aliis rebus. Diſputatur ſæpe contra Grotium ac Hammondum: *

PHILIPPI DODDRIDGII *the family expoſition; or a paraphraſe and verſion of the new teſtament, with critical notes and a practical improuement of each ſection*, cuius expoſitionis tomus primus Londini MDCCXXXVIII. ſecundus MDCCXL. tertius MDCCXLVII. 4. prodiit. Erudite ac pie opus hoc conſcriptum eſt hocque nomine laude, qua illud ornatur, maxime dignum. Interpretationem eius germanicam *Fridericus Eberhardus Rambachus* ab anno MDCCL. edere cœpit:

ISAACI DE BEAVSOBRE *remarques hiſtoriques, critiques et philologiques ſur le nouueau teſtament*, Hagæ comitum MDCCXLII. 4. Opus eſt ſplendidum atque eruditum, quod haberi poteſt inſtar voluminis tertii verſionis gallicæ noui teſtamenti, a Beauſobrio ac Lenfantio adornatæ ac ſupra a me enarratæ. Quæ auctor ad libros noui fœderis illuſtrandos adtulit, ea pleraque ſunt critica ac philologica, ex ſcri-

* *acta eruditorum* MDCCIV. p. 145. *nachrichten von einer hälliſchen bibliothec volum.* IV. p. 213. *vnſchuldige nachrichten*, 1704. p. 618. NICERONII *memoires tom.* XXI. p. 257. CLERICI *bibliotheque choiſie tom.* IV. p. 391. qui quum a Whitbyo reprehenſus fuiſſet, ſcripſit ille ad Burnetum atque ea de re conqueſtus eſt, ac Whitbyus ipſe ad Clericum litteras exarauit hicque reſpondit. Epiſtolas has Clericus, poſtquam librum Whitbyi recenſuit, ad ſe defendendum adiunxit.

ptoribus profanis christianisque collecta, et maxime ad sensum verborum ac dictionum definiendum spectant. Praeterea Beausobrius id egit, vt, cuius mentionem feci, versionis noui testamenti gallicae accessiones atque emendationes fierent: *

IO. GILL *expositio noui testamenti*, anglice, Londini MDCCXLVIII. fol. tribus voluminibus, cuius auctor ad id operam suam adhibuit, vt loca difficiliora explicaret: quae inter se pugnare videntur, ea conciliaret ac qualia dogmata fidei ac vitae a scriptoribus noui testamenti sint tradita, monstraret. Additae sunt adnotationes ex antiquissimis iudaeorum monimentis. **

3) *Pontificiorum*

LAVRENTII VALLAE *adnotationes in nouum testamentum, ex diuersorum vtriusque linguae, graecae et latinae, codicum collatione*, Parisiis MDV. fol. Basileae MDXXVI. MDXLI. MDXLV. Amstelodami MDCXXXVIII. 8. Quae Valla adnotauit, ea praecipue quidem critica sunt ac grammatica; nonnunquam tamen quaestiones theologicas attingit: versionem vulgatam ad textum graecum emendat: ***

DESIDERII ERASMI *Roterodami adnotationes in nouum testamentum*, quarum multae editiones memorantur, Basileae MDXVI. MDXIX. MDXXII. editio, vti in titulo dicitur, *auctario neutiquam poenitendo locupletata:* MDXXVII. MDXXXV. MDXL. MDXLV. fol. Hanouiae MDCLXXXIII. Francofurti MDCLXXXIX. MDCXCVII. 4. belgice Amstelodami MDXCIV fol. * Scripsit Erasmus *adnotationes* has eo praecipue consilio, vt veteris editionis; siue versionis vulgatae, locis quibusdam immutatae, rationem redderet. Si pauca excipiantur, quae non sine caussa reprehenduntur, sunt illae egregiae nec solum auctoris eruditionem, artis criticae cognitionem studium

* *acta eruditorum* MDCCXLIII. p. 298.

** *bibliotheque raisonnée tom.* XLI. p. 221.

*** SIMONIS *histoire critique des principaux commentateurs du nouveau testament cap.* XXXIV. p. 484.

* editiones has recenset LE LONG *bibliothec. sacr.* p. 714.

studiumque linguarum, cum lectione patrum coniunctum, ostendunt; sed confirmant etiam, illum theologiae minus rudem fuisse. Praeter eas, spectant huc ERASMI *paraphrases in nouum testamentum*, Basileae MDXXII. Primum prodierunt *paraphrases in epistolas*, separatim ac per partes ab anno MDXVII. deinde accesserunt *paraphrases* in *euangelium Matthaei* ac *Ioannis* omnesque vno volumine iunctae ac dicto anno MDXXII. in lucem emissae sunt; in *euangelium* autem *Marci* ac *Lucae*, *acta apostolorum* atque *apocalypsin* desunt paraphrases. * Plures aliae editiones adducuntur, Basileae MDXL. MDLVI. fol. ibidem MDXXXIX. MDXLVIII. Lugduni MDXLIV. 8. Hannouerae MDLXVIII. 4. vna cum versione gallica, Basileae MDLXIII. fol. et anglica, Londini MDXLVIII. fol. ** Prodiit etiam versio germanica, sub titulo: *paraphrases zu tütsch die episteln sancti Paulli: in latin durch doctor Erasmum von Roterdam kürtzlich beschryben vnd klarlich vssgelegt*, interprete *Leone Iudae*, Tiguri MDXXII. 4. *** Paraphrases hae itidem se commendarunt multamque laudem consequutae sunt ac quamuis nonnulla reprehensa fuerint; ipsum tamen opus existimationem suam tuetur. Defendit et Erasmus cum *adnotationes*; tum *paraphrases* a censuris aduersariorum, Petri Sutoris, Eduardi Lei, Iacobi Lopezii Stunicae, Natalis Bedae; siue Beddae atque aliorum: *

THOMAE DE VIO CAIETANI *commentarii in quatuor euangelia et in acta apostolorum, ad graecorum codicum veritatem castigata ad sensum litteralem*, Venetiis MDXXX. Parisiis MDXXXII. MDXXXVI. MDXL. MDXLIII. fol. ibidem MDXLII. 8. Lugduni MDLVIII. MDLXXIV. 8. eiusdem *epistolae*

* *nachrichten von einer hällischen bibliothec vol.* I. p. 393.

** vide: LE LONG *bibliothec. sacr.* p. 714. Exstant etiam *paraphrases* hae in ERASMI *operum*, quae Lugduni Batauorum ab anno MDCCIII. in lucem exierunt, *tomo* VII. *adnotationes* autem, ERASMI *nouo testamento* subiunctae, *tomo* VI.

*** *nachrichten von einer hällischen bibliothec volumin.* I. p. 399.

* DVPIN. *nouu. bibliotheque des auteurs ecclesiastiques tom* XIV. p. 90. SIMONIS *histoire critique des principaux commentateurs du nouueau testament cap.* XXXV. p. 504. BVDDEI *isagoge ad theolog vniuers. libr* II. *cap.* 8. p. 1716. qui Simonis censuram contra Erasmum diiudicat: FABRICII *historia bibliothecae part.* I. p. 369. seq. RVMPAEI *commentatio ad libros noui testamenti in genere* p. 460.

ſtolæ Paulli et aliorum apoſtolorum, ad græcam veritatem caſtigatæ et iuxta ſenſum litteralem enarratæ, Venetiis MDXXXI Pariſiis MDXXXII. MDXXXVII. MDXLVI. fol. ibidem MDXL. 8. Lugduni MDLVI. MDLVIII. Pariſiis MDLXXI. 8. Antuerpiæ MDCXI. fol. *

TACITI NICOLAI ZEGERI *ſcholia in omnes noui teſtamenti libros*, Coloniæ MDLIII. 8. **

BENEDICTI ARIAE MONTANI *elucidationes in nouum teſtamentum*, Antuerpiæ ab anno MDLXXV. 4. tribus voluminibus:

ALPHONSI SALMERONIS *commentaria in hiſtoriam euangelicam*, Madriti ab anno MDXCVII. ad MDCII. Coloniæ Agrippinæ MDCIV. fol. ſex ac decem voluminibus. Eorum *primo* continentur prolegomena in vniuerſam ſcripturam ſacram, ſeparatim quoque edita: *ſecundo* exponitur de incarnatione verbi: *tertio* de infantia et pueritia chriſti: *quarto* de hiſtoria euangelica: *quinto* de ſermone domini in monte: *ſexto* de chriſti miraculis: *ſeptimo* de parabolis: *octauo* de diſputationibus domini: *nono* de ſacroſancta euchariſtia et ſermone domini in cœna: *decimo* de paſſione et morte domini: *vndecimo* de reſurrectione et adſcenſione domini. Quæ volumina vti ad euangeliſtarum ſcripta; ita, quæ ſequuntur, ad reliquos noui teſtamenti libros ſpectant. Complectitur enim *duodecimum* expoſita acta apoſtolorum: *tertium ac decimum* prolegomena in epiſtolas Paulli et commentarium in epiſtolam ad Romanos: *quartum ac decimum* commentarium in vtramque epiſtolam ad Corinthios: *quintum ac decimum* commentarium in epiſtolas ad Galatas, Epheſios, Philippenſes, Coloſſenſes, vtramque ad Theſſalonicenſes, vtramque ad Timotheum, Titum ac Philemonem et ad Ebræos: *ſextum ac decimum* commentarium in ſeptem epiſtolas canonicas, præludia in apocalypſin, vna cum aliquot auctoris epiſtolis ad diuerſos:

FABRI-

* commentarii hi prodierunt etiam in eiusdem *operibus omnibus, quotquot in ſacræ ſcripturæ expoſitionem reperiuntur*, Lugduni MDCXXXIX. fol.

** ANTONII *bibliothec. hiſpan. nou. tom.* I. p. 36.

FABRICII PAVLVTII *commentarius in nouum testamentum*, Romae MDCXIX. fol. duobus voluminibus:

FRANCISCI PEAN *commentarius in nouum testamentum*, gallice, Parisiis MDCLXX. 8.

IO. HARDVINI *commentarius in nouum testamentum. Accedit eiusdem auctoris lucubratio, in cuius prima parte ostenditur, Cepham, a Paullo reprehensum, Petrum non esse: in altera parte Ioannis apostoli de sanctissima trinitate locus explanatur et eidem auctori suo vindicatur*, Hagae comitum MDCCXLI. fol. Non magna vtilitas ab hoc libro exspectari debet. Plenus ille est, vti alia Harduini scripta, paradoxarum atque ineptarum opinionum, quae verae ac solidae interpretationi plane aduersantur. Impugnat auctoritatem diuinam textus graeci noui testamenti eiusque libros sermone latino ab apostolis conscriptos esse, probare, temere adnititur. Commentum hoc refutauit SIEGMVND. IACOB. BAVMGARTENIVS dissertatione, quae complectitur *vindicias textus graeci noui testamenti*, contra Io. Harduinum, Halae MDCCXLII. *

4) *Socinianorum*

IO. CRELLII *opera omnia exegetica; siue eius in plerosque noui testamenti libros commentarii, maximam partem hactenus inediti*, Eleutheropoli; siue potius Amstelodami MDCLVI. fol. quae *bibliothecae fratrum Polonorum* partem constituunt. Diuisa sunt in tres tomos. Eorum primus complectitur: *commentarium in quatuor capita priora et partem quinti Matthaei*, antea Racouiae MDCXXXVI. 8. editum: *commentarium in epistolam ad Romanos*, ex Crellii praelectionibus a *Iona Slichtingio* conscriptum, Racouiae MDCXXXVI. 8. *paraphrasin in* eamdem *epistolam: commentarium in decem priora capita prioris ad Corinthios epistolae* et in *quintum ac decimum caput* eiusdem *epistolae*, Racouiae MDCXXXV. 8. *commentarium in epistolam ad Galatas*, itidem ex Crellii praelectionibus a *Iona Slichtingio* compositum, Racouiae MDCXXXVIII. 8.

* *acta eruditor.* MDCCXLIII. p. 100. *bibliotheque raisonnée tom.* XXVII. p. 163. *tom.* XXVIII. p. 166. *nachrichten von den neuesten theol. büchern volum.* I. p. 922.

paraphrasin in epistolam ad Galatas: *commentarium in epistolam ad Ephesios*, *ad Philippenses*, *ad Colossenses*, vna cum *paraphrasibus* in easdem *epistolas*: *commentarium in vtramque ad Thessalonicenses*, ex Crellii prælectionibus a *Petro Morscouio* primum separatim in lucem emissum, Racouiæ MDCXXXVI. 8. ac belgice MDCLXIV. 8. anglice cum inscriptione: *expiator peccatorum.* Secundo tomo continentur: *commentarius in priorem epistolam ad Timotheum*, *ad Titum et Philemonem*, etiam ex Crellii prælectionibus a *Petro Morscouio* compositus: *commentarius in epistolam ab Ebræos*, coniunctis studiis *Crellii* ac *Slichtingii* elaboratus, Racouiæ MDCXXVIII. MDCXXXIV. 8. belgice MDCLVIII. 8. *paraphrasis* in eamdem *epistolam*: *commentarius in prioris epistolæ Petri duo priora capita* ac denique *explicationes locorum difficiliorum noui testamenti.* Tertius tomus exhibet: *commentarium in varia loca euangeliorum Matthæi, Marci et Lucæ*: in *magnam partem euangelii Ioannis* et *actorum apostolicorum*: in *plurima capita et loca epistolarum Paulli apostoli*: in *posteriorem ad Timotheum epistolam*: in *multa loca epistolarum canonicarum*: in *maximam partem apocalypseos Ioannis*, ad quæ omnia *synopsis aliquot concionum* accessit. Commentarii hi non sunt vnius generis. Alios Crellius auditoribus suis dictauit: alios ipse conscripsit: alii a Slichtingio ac Morscouio, quemadmodum iam memoraui, ex Crellii recitationibus collecti sunt atque in lucem editi. Quales sint ipsæ commentationes hæ, quisque facile intelligit, qui cogitat, Crellium ad socinianorum cœtum se adiunxisse. Eam interpretandi rationem iniit, vt sectæ huius dogmata, veluti regulam, sequeretur. Ab iis, quæ critica sunt, penitus fere se abstinet; grammatica autem sæpe sectatur, vt sensum, quem cupit, inueniat vtque alios ad mentem suam facilius trahat, vtitur quoque ratiocinatione: *

* SIMONIS *histoire critique des principaux commentateurs du nouueau testament cap.* LVI. p. 846. SANDII *bibliotheca antitrinitariorum* p. 118. LE LONG *bibliothec. sacr.* p. 689. FABRICII *historia bibliothecæ part.* II p. 65. BVDDEI *isagoge ad theologiam vniuersam libr.* II. *cap.* 8. p. 1755. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 588.

IONAE SLICHTINGII DE BVCKOWIEC *commentaria posthuma in plerosque noui testamenti libros, cuncta hactenus inedita*, Irenopoli; siue Amstelodami MDCLVI. fol. quae etiam volumen *bibliothecae fratrum Polonorum* sunt. Constant illa duobus tomis, quorum prior complectitur: *commentarium in euangelium Ioannis: paraphrasin in initium eiusdem euangelii* et *commentarium in epistolam Paulli ad Romanos*; posterior autem *commentarios in Paulli vtramque epistolam ad Corinthios*: in eiusdem *epistolas ad Ephesios, Colossenses, Philippenses*, in *vtramque ad Thessalonicenses*, in *vtramque ad Timotheum*, in *epistolam ad Titum, ad Philemonem*, in *vtramque Petri, tres Ioannis*, vna cum *fragmento in epistolam Iudae*. Commentarii hi neque eruditionem; neque diligentiam singularem ostendunt. In plerisque auctor Faustum Socinum ac nonnumquam Hugonem Grotium sequitur, ac qui impius socinianorum mos est, loca scripturae sacrae, illorum erroribus repugnantia, praue interpretatur ac peruertit: *

SAMVELIS PRZIPCOVII *cogitationes ad initium euangelii Matthaei et omnes epistolas apostolicas*, Eleutheropoli, id est, Amstelodami MDCXCII. fol. quibus auctor probauit quidem, se litterarum, speciatim philologicarum ac theologicarum, non rudem fuisse; sequutus autem est praua socinianorum dogmata, veluti interpretandi normam hancque ob rem peruersas instituit expositiones: **

PETRI LANGENDVLTS *aanteekeningen over het geheele nieuwe testament als mede over de klaagliederen van Ieremias*, Amstelodami MDCLXXXVII. fol. opus, quod post auctoris obitum lucem adspexit ac locum sibi fecit inter libros rariores. Compositum illud est a sociniano, qui partes boni interpretis non impleuit; sed oracula diuina ita explanauit, vt illa ad prauas sententias suas traheret. Quaedam tamen adtulit, non contemnenda, perspiciendumque est, cum linguae

* de his commentariis iam memorati scriptores *excitatis locis* itidem differunt.

** *histoire des ouurages des sauans* MDCXCII. p. 367. CLERICI *bibliotheque vniuers. tom.* XXIV. p. 1. *acta eruditor.* MDCXCII. p. 414. FABRICII *historia bibliothecae part.* II. p. 80. BVDDEI *isag. ad theolog. vniuers. lib.* II. c. 8. p. 1777. LILIENTHALII *ergetische bibliothec* p. 584.

guæ græcæ peritum fuisse ac monimentis patrum ecclesiæ legendis operam dedisse. *

ƆMMENTARII IN VNIVERSOS LIBROS EVANGELISTARVM.

Eorum, qui ad monimenta euangelistarum explicanda se contulerunt, duo sunt genera, quum alii maxime eam commentandi rationem adhibuerunt, vt consensum horum scriptorum diuinorum in rebus memoratis ostenderent atque expositionem adderent, vel longiorem; vel breuiorem: alii non tam ad harmoniam omnium euangelistarum; quam ad textum singulorum, separatim consideratum, animum aduerterunt. Illorum scriptis; siue *harmoniis euangelistarum* infra singularem locum adsignabo; horum autem commentarii sunt:

1) *Lutheranorum*

ERASMI SARCERII *in Matthaei euangelium iusta scholia, per omnes rhetoricæ artis circumstantias methodice conscripta et locupletata*, Francofurti MDXXXVIII. Basileæ MDXL. MDXLIV. MDLX. 8. in *Marci euangelium iusta scholia iuxta perpetuam orationis seriem et cohærentiam conscripta et locupletata*, cum præfatione *Barthol. Westhemeri*, Basileæ MDXXXIX. MDXLI. 8. in *Lucæ euangelium iusta scholia, per omnes circumstantias methodice conscripta*, Basileæ MDXXXIX. MDXL. 8. in *Ioannis euangelium iusta scholia ad perpetuæ textus cohærentiæ filum*, Basileæ MDXL. MDL. 8. **

LVCAE LOSSII *adnotationes in quatuor euangelistas*, Francofurti MDLIX. fol. duobus voluminibus:

GEORGII RAVDII *beschreibung, erklärung vnd auslegung der vier euangelisten*, Francofurti MDLXXIX. fol. ***

IO GEORGII DORSCHEI *in quatuor euangelistas commentarius, per solidam apodixin, analysin, exegesin, harmoniam item ac parallelismum verum sensum exhibens, falsum refutans,*

LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 585.

* MOLLERI *Cimbria litterata, tomo* II. p. 764.

** liber hic adducitur in LIPENII *bibliothec. theolog. tom.* I. p. 636. ac LE LONG *bibliothec. sacr.* p. 920.

futans, cum eiusdem *chronotaxi actorum apostolicorum*, Hamburgi MDCCVI. 4. * opus, post vitam auctoris finitam editum, ex eiusdem recitationibus academicis natum atque ex variis manuscriptis illarum collectum atque ita dispositum, vt quod lucem publicam adspiceret, dignum visum fuerit. Quum commentarius hic iusto neque longior; neque breuior est, commode ille ad vsum adhiberi potest, ac quamuis nullum sit dubium, quin politior atque adcuratior prodiisset, vbi Dorscheus ipse ad eum euulgandum se admouisset; multa tamen erudite dicta sunt, quae euangelistarum libris lucem adferunt atque vtilitatem non mediocrem praebent. Quod si nonnulla reprehendenda; aut emendanda esse, quis existimat, ea excusare decet, ob iustam caussam, quoniam auctor non ipse librum hunc iuris publici fecit. Praefatione, quae copiosa est, *Io. Fechtius* Dorschei vitam, merita ac scripta recensuit atque oblata occasione, sententiam suam de morali sabbathi ratione, ab aliis impugnatam, enarrauit ac defendit:

CHRISTIANI HAGIOPHILI *obseruationes succinctae in selectiora quatuor euangelistarum noui foederis loca, adhuc separatim per menses anniuersarios distributae, nunc collectae*, quarum tomus primus prodiit Gardelegiae MDCCXLI. 4. ** Non omni; sed quodam tantum iure referri illae huc possunt, quum singularia tantum loca euangelistarum illustrantur. Breuitatem auctor sectatur ac de variis dictis non sine eruditione exponit.

2) *Reformatorum*

MARTINI BVCERI *enarrationes in sacra quatuor euangelia*, Argentorati MDXXVII. MDXXVIII. 8. duobus voluminibus, Basileae MDXXXVI. Geneuae MDLIII. fol. ***

VLRICI ZVINGLII *adnotationes in euangelistarum scripta*, ex ore eiusdem per *Leonem Iudae* exceptae, cum *breui com-*

* *acta erudítor.* MDCCVI. p. 274. *vnschuldige nachrichten*, 1706. p. 386. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 791. ARNDII *bibliotheca Mayeri biblica continuata* p. 115.

** *nouor. actor. eruditor. supplementor. tom.* V. p. 538.

*** LAMPII *commentar. in euangel. Ioannis tom.* I. p. 259.

commemoratione mortis christi, ex quatuor euangelistis in vnam seriem concinnata: *

OTTONIS BRVNSFELDII *adnotationes in quatuor euangelia et acta apostolorum*, Argentorati MDLIII. fol.

HENRICI BVLLINGERI *commentarius in quatuor euangelia*, Tiguri MDLXI. fol. cuius commentarii in singulos euangelistas antea separatim prodierunt, ordine hoc: *in iesu christi euangelium secundum Ioannem commentariorum libri decem*, Tiguri MDXLIII. MDXLVIII. fol. *in euangelium secundum Marcum commentariorum libri sex*, Tiguri MDXLV. fol. *in euangelium secundum Lucam commentariorum libri nouem*, Tiguri MDXLVI. et MDXLVIII. fol. *in euangelium secundum Matthaeum commentariorum libri duodecim*, Tiguri MDXLVI. et MDLIV. fol.

BENEDICTI ARETII *commentarii in quatuor euangelia*, Lausanae MDLXXVII. 8. duobus voluminibus, quorum et aliae sunt editiones, antea a me enarratae, cum eiusdem commentarios in vniuersum nouum testamentum recensui:

LVDOVICI DE DIEV *animaduersiones in quatuor euangelistas*, Lugduni Batauorum MDCXXXIII. 4. quarum antea iam mentionem feci:

FRIDERICI SPANHEMII, senioris, *dubia euangelica, partim ἐξηγητικὰ, partim ἐλεγκτικὰ discussa et vindicata a cauillis et corruptelis atheorum, paganorum, iudaeorum, samosatenianorum, anabaptistarum, pontificiorum et sectariorum aliorum, in tres partes distributa*, quarum prima lucem adspexit Geneuae MDCXXXIV. 4. secunda et tertia ibidem MDCXXXIX. 4. coniunctim autem omnes tres prodierunt itidem Geneuae MDCXXXIX. MDCLVIII. MDCC. 4. Referri solet opus hoc inter commentarios in euangelistas, quae et caussa est, cur illud nunc adducam; minus autem recte istis adnumeratur. Spectat enim id ad capita quaedam tantum Matthaei ac quae ibi memorantur, illa sunt singularia argumenta ac copiose pertractantur, non exegetice solum; verum etiam, vti titulus significat, polemice. Laudantur *dubia* haec a viris eruditissimis; nec immerito. Exhibent illa egregium adparatum rerum, quae ad philologiam, historiam, anti-

continetur [illegible] *quarto*.

antiquitates, theologiam pertinent ac perutiles ſunt. Fuerunt quidem, qui in eo Spanhemium reprehenderent, illum ſæpe ab argumento principali digreſſum eſſe: in conquirendis dubiis maiorem operam poſuiſſe; quam in iisdem ſoluendis: partium ſtudio ſe laborare, haud obſcure monſtraſſe. At vero ſi et hæc omnia vere ac recte obiiciuntur; minus tamen ea valent ad ipſius operis dignitatem imminuendam: *

IO. TRAPPII *commentary vpon the four euangeliſts and the acts of the apoſtles*, Londini MDCXLVII. 4.

BALDVINI WALAEI *noui teſtamenti libri hiſtorici, græce et latine, perpetuo commentario ex antiquitate, hiſtoriis, philologia illuſtrati, quem præter venerabiles Bezæ, vndique conquiſitæ doctiſſimorum virorum lucubrationes ac præ ceteris inſigniores explicationes ſuppeditarunt*, Lugduni Batauorum MDCLIII. 4. Quas auctor collegit ac libro hoc coniunctim exhibuit, ſunt notæ præcipue Bezæ: poſt eum Camerarii, Caſauboni, Gomari, Salmaſii, Heinſii, Cameronis, Scaligeri, Druſii, Grotii, Capelli, de Dieu, Seldeni, Spanhemii atque aliorum. In adnotationibus horum virorum colligendis Walæus iudicium quidem; non ſemper autem debitam diligentiam adhibuit. Ad græcum textum duplex latina interpretatio, Bezæ ac vulgata, acceſſit. Ita adornatus liber hic vſum commodiorem præbet ac merito commedandus eſt: **

IO. BOISII *veteris interpretis cum Beza aliisque recentioribus collatio in quatuor euangeliis et apoſtolorum actis, in qua, annon ſæpius absque iuſta ſatis cauſſa hi ab illo diſceſſerint, diſquiritur*, Londini MDCLV. 8. quo libro Boiſius verſionem vulgatam defendit ac Bezæ atque aliorum interpretationibus præfert; hanc autem ob cauſſam mirum non eſt, illum et curiæ romanæ addictis ſe commendaſſe. Commentarium quidem is non complectitur; attamen ea ſuppeditat, quæ variis euangeliſtarum locis lucem adferre poſſunt. Scri-

* FABRICII *hiſtoria bibliothecæ part.* III. p. 356. LILIENTHALII *exegetiſche bibliothec* p. 1080. NICERONII *memoires tom.* XXIX. p. 7. REIMMANNI *catalogus bibliothecæ theologicæ* p. 304.

** LILIENTHALII *exegetiſche bibliothec* p. 786. SIMONIS *hiſtoire critique des principaux commentateurs du nouveau teſtament* cap. LIII. p. 791. VAN TIL. *bibliothec. theolog.* p. 15.

Scriptum ipſum locum obtinuit inter libros maxime rariores: *

IO. LIGHTFOOTII *horæ ebraicæ et talmudicæ in quatuor euangeliſtas et chorographiam terræ iſraeliticæ*, de quibus ſupra expoſui:

PETRI KEVCHENII *adnotata in quatuor euangeliſtas et acta apoſtolorum*, Amſtelodami MDCLXXXIX. 4. ** iterum eodem loco MDCCIX. 4. cui editioni acceſſerunt, vt titulus ſignificat, *hactenus inedita ſcholia in ceteros noui teſtamenti libros, a docto quodam theologo concinnata.* *** Ediderat quidem auctor *adnotata* in euangeliſtas atque acta apoſtolorum, veluti partem priorem operis totius; mors autem illius impediuerat, quo minus pars poſterior ſequeretur. Quum igitur *adnotata* iſta denuo litteris deſcribenda eſſent, memorata *ſcholia* in ceteros noui fœderis libros ab alio addita ſunt, vt quæ deeſſent, ea ſupplerentur. Keuchenius præclarum ingenii ac doctrinæ ſpecimen dedit ac laudabilem interpretandi rationem ſequutus eſt. Conſuluit enim inprimis verſionem ſeptuaginta interpretum ac chaldæos paraphraſtas, vt ſignificationes vocum dictionumque, quas ſcriptores librorum noui fœderis vſurparunt, felicius indagaret. Additamenta; ſiue *ſcholia* maxime ex Grotio ſumta ſunt; nec magnum momentum habent:

SAMVELIS CLARKII *paraphraſe of the four euangeliſts, wherein for the clearer vnderſtanding of the ſacred hiſtory, the whole text and paraphraſe are printed in ſeparate columns ouer againſt each other, with critical notes on the more difficult paſſages*, quæ paraphraſis primum per partes in lucem pro-

---

* *biographia britannica*, Londini MDCCXLVIII. edita, tom. II. p. 940. SIMONIS *hiſtoire critique des verſions du nouveau teſtament* cap. XXVI. p. 297. CLEMENT *bibliotheque curieuſe, hiſtorique et critique* tom. V. p. 12. *nachrichten von einer halliſchen bibliothec* volum. VI. p. 286. LILIENTHALII *exegetiſche bibliothec* p. 971. VOGTII *catalog. libror. rarior.* p. 132.

** *acta eruditorum* MDCXC. p. 514. CLERICI *bibliotheque vniverſ.* tom. III. p. 357.

*** *memoires de Treuoux* MDCCXIII. iul. p. 1211. LILIENTHALII *exegetiſche bibliothec* p. 1073. ALETHAEI *berichte von commentariis vber die ſchriffe* part. II. p. 118.

prodiit MDCCI. MDCCII. deinde autem coniunctim, non semel; sed iterum iterumque. Ea ratione illa conscripta est, vt aliis exemplum atque vtilitatem praebeat: *

IO. IACOBI VLRICI *heilige bibelubung; oder deutliche vnd gründliche in frag vnd antwort abgefaste erklärung vnd zueignung des euangeliums Matthaei*, Tiguri MDCCXIII. 8. eiusdem *ganze wunderhistorie des leidens vnd sterbens, auferstehung vnd himmelfarth iesu christi, iene zwar aus der harmonischen beschreibung aller vier euangelisten zusammen; diese aber aus dem einzigen Matthaeo schriftmäsig verhandelt, aus der antiquitat vnd philologie erleutert vnd zur gottseeligkeit zu nutz gemacht wird*, Tiguri MDCCXIX. 8. duobus voluminibus. Commentationes hae praecipue quidem ad studia salutaris cognitionis ac sanctimoniae adiuuanda spectant et maxime in vsum hominum rudiorum conscriptae sunt; continentur tamen illis etiam notae, quas auctor ex philologia atque antiquitate collegit ac eruditionem suam abunde probauit. Vaticinia ac typos cum rebus, quae illis significantur, diligenter confert ac sequitur plerumque Cocceium. ** In opere hoc continuando operam suam posuit IO. CONRADVS WIRZIVS ac iuris publici fecit: *heilige bibelübung; oder deutliche, in frag vnd antworten abgefassete erklärung vnd zueignung des euangeliums Marci*, Tiguri MDCCXXXVI. 8. ac *deutliche vnd gründliche erklärung des euangeliums Lucae*, Tiguri MDCCXXXVII. MDCCXXXVIII. 8. duobus voluminibus: *deutliche vnd gründliche erklärung des euangeliums Ioannis*, Tiguri MDCCXXXIX. 8.

3) *Pontificiorum*

NICOLAI GORRANI *commentaria in quatuor euangelia*, Coloniae MCCCCLXXII. Haganoae MDII. Coloniae MDXXXVII. Antuerpiae MDCXVII. Lugduni MDCXCIII. fol.

IACOBI

* locum obtinuit *paraphrasis* haec in CLARKII *operum tom.* III. eiusque initio, quae MDCCXXXVIII. fol. quatuor voluminibus edita sunt. Adde: NICERONII *memoires tom.* XXXV. p. 360.

** *act. eruditor. supplementor. tom.* VI. p. 226. *deutsche acta erudit. volum.* III. p. 164. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 973. *bibliotheca bremensis class.* II. *fascicul.* 2. p. 307.

IACOBI FABRI *commentarii in quatuor euangelia*, Meldis MDXXII. Basileæ MDXXIII. sine loco MDXXVI. Coloniæ MDXLI. fol.

IO. ARBOREI *commentarius in quatuor euangelistas*, Parisiis MDXXIX. MDLI. fol.

THOMAE DE VIO CAIETANI *commentarii in quatuor euangelia et in acta apostolorum, ad græcorum codicum veritatem castigata ad sensum litteralem*, Venetiis MDXXX. Parisiis MDXXXII. MDXXXVI. MDXL. MDXLIII. fol. ibidem MDXLII. 8. Lugduni MDLVIII. MDLXXIV. 8.

ANTONII BROECKWEY *enarrationes in quatuor euangelia*, Parisiis MDXLIII. 8. Venetiis MDCXLVIII. 4.

NICOLAI HERBORNI *enarrationes in quatuor euangelistas*, Coloniæ MDXLVI. 4.

GVTERII DE TREIO *commentaria in quatuor euangelia*, Hispali MDLIV. fol.

ANTONII BIRRIETI *commentaria in quatuor euangelia*, Parisiis MDLXXXI.

EMMANVELIS SA *scholia in quatuor euangelia, e selectis doctorum sacrorum collecta*, Antuerpiæ MDXCVI. Lugduni MDCII. Coloniæ MDCXII. 4.

PETRI BVLLIOVDI *flos expositionum veterum ac recentiorum in quatuor euangelia*, gallice, Lugduni MDXCVI. MDCXXVIII. 4.

IO. MALDONATI *commentarii in quatuor euangelistas*, quorum multæ editiones adducuntur, Mussiponti MDXCVI. fol. duobus voluminibus: Brixiæ MDXCVIII. 4. Lugduni MDXCVIII. MDCVII. MDCXIII. MDCXXXIX. MDCLXXXII. fol. Moguntiæ MDCII. MDCXXIV. duobus voluminibus: Venetiis MDCVI. 4. Parisiis MDCXVII. MDCXXI MDCXXIX. MDCXXXIX. MDCXLIII. MDCLI. MDCLXVIII. fol. * Nonnullæ harum editionum locis quibusdam sunt corruptæ. Inter pontificios scripturæ interpretes, qui laudem atque existimationem sibi conciliarunt, Maldonatus locum tuetur ac commentarius in euangelistas præcipuus reliquorum eius librorum habetur, vtpote qui magna cum cura ac iudicio compositus sit quoue Maldonatus se a partium studio alienum præbue-

: editiones has recenset LE LONG *bibliotheca sacra* p. 842.

præbuerit, sæpe sequutus Bezam ac Caluinum; præterea autem laudabilia moderationis documenta dederit. * Attamen plagii litterarii adcusatus fuit: **

FRANCISCI LVCAE *commentarius in quatuor euangelia*, Antuerpiæ MDCVI. fol. duobus voluminibus. Accessit *supplementum commentarii in Lucam et in Ioannem*, Antuerpiæ MDCXII. MDCXVI. fol. itidem duobus voluminibus. Ipsi commentario præmissum est *itinerarium iesu christi*, ex quatuor euangeliis collectum, ac subiuncta commentatio de chaldaica scripturæ sacræ paraphrasi:

FRANCISCI HARAEI *epitome catenæ aureæ Thomæ in quatuor euangelia, scholiis illustrata*, Antuerpiæ MDCXXV. 12.

ADAMI CONTZENII *commentaria in quatuor euangelia, in quibus sensus verus litteralis aduersus omnes infideles pro catholica fide vindicatur*, Coloniæ et Moguntiæ MDCXXVI. fol. duobus tomis:

IO. BONNETI *imago sacra vitæ et doctrinæ iesu christi; seu commentaria paraphrastica in quatuor euangelia*, gallice, Parisiis MDCXXXIV. 4.

FRANCISCI PAVONI *commentarius in quatuor euangelia*, Neapoli MDCXXXVI. fol.

CORNELII IANSENII, Iprensis, *tetrateuchus; seu commentarius in quatuor euangelia*, Louanii MDCXXXIX. MDCXLI. Parisiis MDCXLIII. MDCXLIX. MDCLV. MDCLX. MDCLXXVII. MDCXCVII. Lugduni MDCLXXVI. MDCLXXXVII. 4.

IO. DE SYLVEIRA *commentarii in textum euangelicum*, tomis sex, quorum primus prodiit Vlyssipone MDCXLII. Lugduni MDCXLV. MDCLX. Madriti MDCXLVIII. secundus Lugduni MDCXLV. MDCLX. Madriti MDCXLVIII. tertius Lugduni MDCXLIX. Madriti MDCLI. quartus, quintus ac sextus Lugduni ab anno MDCLV. ad MDCLXXV.

* DVPINII *nouuelle bibliotheque des auteurs ecclesiastiques* tom. XVI. p. 126. SIMONIS *histoire critique des principaux commentateurs du nouueau testament* cap. XLII. p. 618. FABRICII *histor. bibliothec.* part. I. p. 266. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 1269. REIMMANNI *catalogus bibliothecæ theologic.* p. 285.

** vide: THOMASIVM *dissertatione de plagio litterario* §. 677. CRENIVM *dissertatione 1. de furibus librariis* p. 78.

IOSEPHI FERRERI *pharus euangelica; siue commentarius in quatuor euangelia*, Lugduni MDCLXI. fol.

NATALIS ALEXANDRI *expositio litteralis et moralis sancti euangelii iesu christi, secundum quatuor euangelistas*, Parisiis MDCCIII. fol quod opus viris eruditis non multum se commendauit. Non alia auctor ad illustrandos euangelistas adtulit, nisi quæ iam dicta ac tradita fuerant, maxime in patrum ecclesiæ monimentis. Collegit illa diligenter pauca autem ipse addidit. * Subiungo: *exegetische vnd moralische auslegungen der vier euangelisten, darinnen aus den vornemsten kirchenvätern nicht nur der buchstäbliche verstand deutlich erkläret; sondern auch die moralien vnd zur erbauung im christenthum zielende lehren zugleich mit angeführet werden, anfangs in frantzösischer sprache von den gliedern der societæt in dem so genannten maison du portroyal entworfen vnd vnter der dirigirung der herren Arnald vnd Sacy herausgegeben*, Francofurti MDCCVI. 4. cum *Io. Andreæ Schmidii* præfatione. ** Exhibetur libro hoc pars expositionum scripturæ sacræ, quas in titulo memorati auctores gallice conscripserunt, sermone germanico. De illis earumque opere, ni fallor, supra disserui.

Iam enarratis interpretibus euangeliorum lutheranis, reformatis ac pontificiis duos adiungo e numero hostium trinitatis. Alter est Arii sectator, CHRISTOPHORVS SANDIVS, qui edidit: *interpretationes paradoxas quatuor euangeliorum, quibus adfixa est dissertatio de verbo, vna cum adpendice*, Cosmopoli, id est, Amstelodami MDCLXIX. 8. Continentur quidem interpretationibus his, quæ erudita sunt atque vtilia; præcipue tamen Sandius impie adnisus est, arianorum erroribus ac commentis speciem conciliare aliisque fucum facere. Addita *dissertatione de verbo* monstrare voluit, quid Philo iudæus ac Platonici per λόγον intellexerint, atque adfirmauit, qualis significatio vocis huius fuerit apud Plato-

* *memoires de Treuoux* MDCCXI. *februar.* p. 209. *iournal des sauans* MDCCIII. *nouembr.* p. 992. CLERICI *bibliotheque choisie tom.* IX. p. 337. *acta eruditorum* MDCCV. p. 388. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 579. NICERONII *memoires tom.* III. p. 350.

** LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 787.

Platonicos, talem etiam in Ioannis effato de verbo locum habere. Quae libri huius ratio postulat, vt is cum iudicio legatur ac prudentia ad discernenda bona et mala illius adhibeatur. * Alter est IO. LVDOVICVS WOLZOGENIVS, qui ad Socini adseclas se adiunxit ac reliquit: *commentarium in euangelium Matthaei, Marci, Lucae ac Ioannis.* **

COMMENTARII IN HISTORIAM CRVCIATVVM AC MORTIS IESV CHRISTI, AB EVANGELISTIS ENARRATAM.

IO. AGRICOLAE *historia des leydens vnd sterbens iesu christi, nach denen vier euangelisten*, Berolini MDXLIII. fol.

EDMVNDI MERILLII *notae philologicae in passionem christi*, Parisiis MDCXXXII. 8. Helmstadii MDCLVII. 4. quae editio multis operarum erratis inquinata est; emendatior autem postea in lucem emissa. *** Opusculum est elegans; nec mediocrem ostendit eruditionem: *

IO. IACOBI WISSENBACHII *notae nomico-philologicae in passionem iesu christi*, Franeckerae MDCXLIII. 8. ** in quibus conscribendis auctor paullo ante adductis MERILLII *notis* diligenter vsus est:

DANIELIS CLASSENII *exercitationes ad passionem dominicam*, Magdeburgi MDCLVI. 4.

HENRICI MVLLERI *historia passionis, crucifixionis et sepulturae iesu christi*, notis theologicis, historicis, criticis illustrata ac septem disputationibus proposita, Rostochii MDCLXI. 4. atque iterum sub titulo: *iesus patiens, centuria notarum historico-theologicarum illustratus*, ibidem MDCLXIX. 4. Liber hic germanice conuersus est ab

* BVDDEI *isagog. ad theolog. vniuers. libr.* II. *cap.* 8. p. 1759. FABRICII *histor. bibliothec. part.* VI. p. 430. *vnschuldige nachrichten*, 1715. p. 773. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 1251. *nachricht von den büchern in der stollischen bibliothec volumin.* II. p. 2.

** exstat in eius *operibus*, quae prodierunt, vt titulus habet, Irenopoli post annum domini MDCLVI. id est, Amstelodami MDCLXVIII. fol.

*** in *opusculorum, quae ad historiam ac philologiam sacram spectant, fasciculo* III. p. 577. Exstant etiam *notae* hae in MERILLII *operum*, quae Neapoli MDCCXX. 4. prodierunt, *parte* I. p. 321.

* FABRICII *histor. bibliothecae part.* IV. p. 26.

** sunt quoque in *opusculorum, quae ad historiam ac philologiam sacram spectant, fasciculo* III. p. 653.

ab *Andrea Hartwigo Arndio* ac prodiit sub inscriptione: *der leidende iesus; oder hundert vortreffliche anmerckungen vber die historie des leidens vnd todes vnsers heilandes*, Martisburgi MDCLXXV. 8. Lipsiæ MDCLXXIX. 8. et vna cum tribus libellis eiusdem fere argumenti, itidem ex latina in germanicam linguam translatis, GEORGII videlicet CALIXTI commentatione de *vera crucis forma*: IO. MICHAEL. DILHERRI *consideratione passionis christi philologica* ac HENRICI KIPPINGII opusculo de *cruce*, sub titulo: *passions-schule*, Francofurti MDCLXXXVIII. 8. MDCC 8. Conscriptus iste est erudite ac pie hocque nomine multum commendari debet: *

GVIL. STANIHVRSTI *dei immortalis, in corpore mortali patientis, historia, moralis doctrinæ placitis et commentationibus illustrata*, Coloniæ MDCLXI*?*. 8. Antuerpiæ MDCLXIX. 8.

IACOBI LYDII *florum sparsio ad historiam passionis iesu christi. Accedit eiusdem diatriba de triumpho iesu christi in cruce*, Dordraci MDCLXXII. MDCC. 12. Exhibentur notæ breuiores, eruditæ atque ex variis auctoribus collectæ: **

VALENTINI HENRICI VOGLERI *physiologia historiæ passionis iesu christi*, Helmstadii MDCLXXIII. 4. cuius argumenta sunt: tristitia summa et acerrimus angor seruatoris sudor eiusdem cruentus: aceti, felle et vini myrrha conditi potus: solis eclipsis: siti in cruce pendentis: acetum et hyssopus potui data: clamor christi morientis: mors repentina illius sequuta: terræ motus ingens, rupes disrumpens: ex latere mortui perfosso profluentes humores: conditura corporis, monimento inferendi:

GVIL. GOESII *Pilatus iudex; siue de iudicio Pilati, aduersus christum lato, cum animaduersionibus*, Hagæ comitum MDCLXXVII. 4. ac *cum theologi cuiusdam in hunc libellum strícturis atque auctoris animaduersionibus*, Hagæ comitum MDCLXXXI. 4. Pars tantum historiæ christi patientis illustratur atque ex iure et antiquitate ea explicantur, quæ a Pilato aduersus christum peracta sunt. Pilatum auctor non-

num-

* MOLLERI *Cimbr. litterat. tom.* III. p. 493.
** LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 1259.

numquam defendit atque ea tradit, quae non omnibus se probant: *

CASPAR. SAGITTARII *harmonia historiae passionis iesu christi libri tres, in quibus non modo vniuersa sanctae passionis historia cum singulis suis circumstantiis secundum sanctorum euangelistarum ductum cum cura explicatur; sed etiam variae quaestiones et obseruationes theologicae, philosophicae, philologicae, historicae ex optimis quibusque scriptoribus veteribus atque recentioribus resoluuntur atque illustrantur*, Lipsiae MDCLXXXIV. 4. quod opus inter optima argumenti huius monimenta locum suum tuetur. Antiquitates iudaicae ac romanae, quarum in historia cruciatuum mortisque christi mentio fit, diligenter atque erudite explicantur: **

STEPHANI CLOTZII *considerationes adcuratissimae de passione iesu christi in horto ac in cruce, theoretice et practice tribus libris comprehensum opus*, quod post auctoris mortem in lucem exiit, Hamburgi et Holmiae MDCLXXXV. 4.

ANTONII BYNAEI *de morte iesu christi libri tres*, qui Amstelodami prodierunt, primus MDCXCI. secundus MDCXCVI. tertius MDCXCVIII. 4. *** Opus hoc est egregium et magnum praebet adparatum vtriusque eruditionis, profanae atque sacrae; hanc autem ob caussam dignum singulari existimatione, in qua illud est. Scripsit id auctor primum belgice ac iuris publici fecit sub titulo: *iesus christus crucifixus*; siue explicatio cruciatuum, mortis et sepulturae christi, hocque sermone illud iterum atque iterum lucem vidit. Editionum harum tertia MDCLXXXVIII. exiit. Conuersum est opus hoc ex belgico sermone in germanicum ac prodiit cum inscriptione: *gecreuzigter christus; oder erklärung der geschichte des leidens, sterbens vnd begräbnis iesu christi, aus den iudischen, römischen vnd andern antiquitæten herausgezogen, aus dem niederteutschen ins hochteutsche vbersezt*, Cassellis MDCCI. MDCCXVI. 4. Bynaeus ipse postea interpretationem latinam ita composuit, vt multae fierent acces-

 siones

* LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 1093.

** *acta erudítor.* MDCLXXXIV. p. 206.

*** *acta eruditor.* MDCXCII. p. 425. MDCXCVII. p. 68. MDCXCIX. p. 119.

siones atque illa, in tres libros diuisa ac de *morte iesu christi* inscripta, quemadmodum significaui, in conspectum publicum prodiret: *

FRANCISCI BVRMANNI *tractatio breuis solidaque de passione iesu christi*, Herbornæ MDCXCV. 4.

HERMANNI VERSTEEG *tractatio breuis de passione seruatoris nostri iesu christi ex Matthæi capite* XXVI. *et* XXVII. Traiecti ad Rhenum MDCC. 4. Amstelodami MDCCX. 4. qua varia loca dicti euangelistæ ex antiquitatibus bene apteque illustrantur; nonnumquam autem testimonia scriptorum, fide dignorum, sunt omissa: **

ARNOLDI MOONE *leidender christus*, ex sermone belgico in germanicum translatus, Francofurti MDCCIII. 4. quo libro historia euangelica de cruciatibus ac morte iesu christi explicatur:

IO. SAMVELIS ADAMI *deliciæ passionales; passions ergötzlichkeiten, vbern Matthæum, Marcum, Lucam, Ioannem*, Hamburgi ab anno MDCCVI. 8. quinque partibus, opus, a quo non singularis vtilitas exspectanda est. Collectæ sunt multæ variæque res; non debito autem iudicio ac delectu:

THOMAE CRENII *schmertzliches leiden iesu, aus dem Matthæo von wort zu wort betrachtet*, cuius libri duæ priores partes prodierunt Francofurti MDCCVII. tertia autem ibidem MDCCXI. 8. ac iterum tres coniunctim MDCCXXI. 8.

SAMVEL. FRIDERICI BVCHERI *antiquitates passionales; siue dissertationes academicæ in passionem iesu christi*, Vitembergæ MDCCXXI. 4.

IO. CASPAR. MERCKENII *obseruationes criticæ* DXXXII. *in passionem iesu christi, in centurias digestæ*, Duisburgi MDCCXXII. 4. In conscribendo libro hoc auctor egregium ac singulare studium posuit ac multa ad historiam christi patientis illustrandam, quæ alii interpretes prætermiserunt, attulit. Ostendit abunde ingenium ac doctrinam. Præter alia, typos cruciatuum et mortis christi diligenter explicat: ***

F. G. WEST-

* NICERONII *memoires tom.* VII. p. 124.

** *iournal des sauans* MDCCXI. *octobr.* p. 379. *neuer büchersaal der gelehrten welt volumin.* I. p. 771. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 1093.

*** *samlung von alten vnd neuen theologischen sachen*, 1723. p. 655.

IO. G WESTHOVII *diatribe in historiam passionis domini nostri etymologico-philologico-critica*, Lugduni Batauorum MDCCXXXIII. 4. * Eo consilio diatriben hanc auctor conscripsit, vt non solum multis locis lucem adferret; sed etiam castitatem dictionis, qua Matthæus, Marcus ac Lucas in historiis suis de perpessionibus iesu christi vsi sunt, ostenderet eamdemque ex scriptoribus profanis vindicaret; præterea autem, dicta coniungeret, quæ inter se pugnare videntur:

ANTONII BALTHASAR. WALTHERI *iuristisch historische betrachtungen vber das leiden vnd sterben iesu christi*, Vratislauiæ MDCCXXXVIII. 8. quod opusculum varia continet, ab aliis argumenti huius auctoribus prætermissa, atque ita scriptum est, vt vtilitatem præbeat non solum iurisprudentiæ; verum etiam diuinioris doctrinæ cultoribus: **

IOSEPHI AVERANII *lezioni sopra la passione di nostro signore iesu christo*, Vrbini MDCCXXXVIII. 12. quo opusculo quædam tantum capita historiæ cruciatuum seruatoris ex antiquitatibus romanis illustrantur; ea autem diligentia atque eruditione, vt illud omnino laudari debeat: ***

LAVRENTII REINHARDI *historia passionis iesu christi, ex manifestis veteris testamenti typis et clarissimis prophetarum vaticiniis illustrata*, Erfordiæ MDCCXLV. 4. *

SIEGMVND. IACOBI BAVMGARTENII *auslegung der leidens, sterbens vnd auferstehungs geschichte iesu christi, nach harmonischer ordnung der vier lebensbeschreibungen desselben*, Halæ MDCCLVII. 4. qui liber post auctoris obitum lucem adspexit, duplici præfatione instructus: altera *Io. Salomon. Semleri*; altera autem *Io. Georg. Kirchneri*, qui et notas addidit. **

* *acta eruditor.* MDCCXXXV. p. 33. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 1093.

** *acta eruditorum* MDCCXXXIX. p. 692.

*** *acta eruditorum* MDCCXLII. p. 15.

* IO. WEIDNERVS edidit: *passions kinderlehre*, Augustæ Vindelicorum MDCCXXV. 8. eique adiecit: *bibliothecam passionalem*, *das ist, catalogum derienigen lehrer, welche vom anfang der christlichen kirche die passion christi erläutert haben.*

** *samlung von alten vnd neuen theolog. sachen*, 1758. p. 841.

COMMENTARII IN EVANGELIVM MATTHAEI

1) *Lutheranorum*

PHILIPPI MELANCHTHONIS *breues commentarii in Matthaeum*, Argentorati MDXXIII. 8. *

MARTINI LVTHERI *adnotationes in aliquot capita Matthaei, ab auctore, non vt ederentur; sed in amici cuiusdam priuatum vsum scriptae*, MDXXXVIII. 8. quae ad priora octo ac decem tantum Matthaei capita spectant. Ita illae compositae sunt, vt et historiae euangelistae lucem adferant et salutaria praecepta fidei ac sanctimoniae exhibeant. Exstant ista etiam germanice: **

ERASMI SARCERII *iusta scholia in Matthaei euangelium, per omnes rhetoricae artis circumstantias methodice conscripta et locupletata*, Francofurti MDXXXVIII. Basileae MDXL. MDXLI. MDXLIV. MDLX. 8.

DAVIDIS CHYTRAEI *commentarius in euangelium Matthaei*, Vitembergae MDLV. et MDLXVI. 8. ***

PETRI KIRSTENII *notae in euangelium Matthaei, ex collatione textuum arabicorum, aegyptiacorum, ebraicorum, syriacorum, graecorum, latinorum, quae non modo studiosis linguarum; sed et cuilibet vero christiano erunt vtilissimae*. Vratislauiae MDCXI. fol. qui liber ostendit, auctorem linguarum orientis fuisse peritissimum; notae autem ipsae non omnes magnum momentum habent: *

CRISTOPHORI PELARGI, qui primum Luthero; postea autem Caluino addictus fuit, *liber euangelicarum quaestionum et responsionum; siue illustrationes in Matthaeum et Ioannem*, Francofurti MDCXII. MDCXVII. 4. duobus voluminibus:

CASPARIS BERTRAMI *Matthaeus enucleatus, hoc est, ἐργασία octo et viginti capitum Matthaei euangeliographi neruosa*

* *operum* eius *parte* III. p. 255.

** latine sunt in LVTHERI *tomis vitembergens. tom.* V. p. 1. ac *ienens. tom.* IV. p. 290 germanice autem in *tomis lipsiens. tom.* IX. p. 1. ac *halens. tom.* VII. p. 1. cuius praefatione p. 3. vberiorem notitiam harum *adnotationum* suppeditaui.

*** confer: SCHVTZII *vitam Chytraei libr.* 1. p. 123.

* BAVMGARTENII *nachrichten von merckwürdigen büchern volum* VI. p. 11.

nosa et perspicua, exhibens variam editionum græcarum lectionem: metaphrastarum variorum, aramæi cumprimis, interpretationem: veram sensus litteralis explicationem, ceter. Arnstadii MDCLI. 4 Commentarius hic non contemnendus; sed laudandus est, veluti liber dignus, qui legatur. Composuit illum auctor cum iudicio atque eruditione sique et nonnulla in eo reprehendenda atque emendanda esse videantur; ea tamen ob rationem temporis, quo ille scriptus est, excusari debent: *

CHRISTIANI MATTHIAE *analysis typica in Matthæi euangelium, ad intelligendam textus seriem et memoriam iuuandam adcommodata*, Amstelodami MDCLII. fol.

PETRI IOANNIS WANDALINI *paraphrasis in euangelium Matthæi*, Slesuici MDCLIV. 4.

PETRI WINSTRVPII *pandectæ sacræ; siue commentarii locupletissimi in historiam euangelicam Matthæi*, Lund. Scanorum MDCLX. MDCLXXIV. et Hafniæ MDCXCIX. fol. duobus voluminibus; quo opere autem decem tantum priora capita euangelii Matthæi explicantur. Est illud in paucorum manibus:

IO. GERHARDI *adnotationes posthumæ in euangelium Matthæi, apostoli et euangelistæ*, quas post auctoris obitum filius eiusdem, *Io. Ernestus*, iuris publici fecit atque *analectis* auxit, Ienæ MDCLXIII. 4. Exstat editio, quæ annum MDCXCVI. præfert; nouo autem titulo tantum ornata esse videtur. Præmissus est GERHARDI *tractatus de interpretatione scripturæ sacræ*, quem supra recensui. Eam existimationem, quam scripta Gerhardi, ab eo ipso edita, sibi conciliarunt, *adnotationes* has haud consequutas esse, mirum non est, quum non ad publicum; sed ad priuatum vsum conscriptæ sunt hancque ob rem non adcuratiori studio elaboratæ: **

IO. MEISNERI *exercitationes theologicæ in euangelium Matthæi*, Vitembergæ MDCLXIV. 4. quas auctor in academia

* LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 796.

** CRENII *animaduersiones philologic. et historic. part.* II. p. 107. FISCHERI *vita Gerhardi* p. 429. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 794.

mia vitembergensi contra dissentientes publice defendit. Vititur auctor eo ordine, vt loca, quæ inter se pugnare videntur, conciliet: dogmata, a Matthæo tradita, confirmet falsasque interpretationes confutet: *

IO. SAVBERTI *variæ lectiones textus græci euangelii Matthæi, ex plurimis impressis ac manuscriptis codicibus collectæ ac cum versionibus partim antiquissimis; partim præstantissimis; nec non patrum veteris ecclesiæ græcorum latinorumque commentariis collatæ*, Helmstadii MDCLXXII. 4. Iis præcipue liber hic inseruire potest, qui ad Matthæi interpretationem adiumenta critica adhibere volunt. Præmissa est docta commentatio de *origine, auctoritate et vsu variarum noui testamenti lectionum græcarum in genere:*

GODOFR. WEGNERI *adnotata in Matthæum, historiam infantiæ, baptismi, tentationis et concionis iesu christi, in monte habitæ, illustrantia*, Regiomonte MDCXCIX. MDCCV. 4. quibus quinque tantum priora capita Matthæi explanantur hancque ob rem illis inter commentarios, proprie recteque sic dictos, locus haud tribui potest. Quæ *adnotatis* his continentur ea ex variorum scriptis congesta sunt: **

GOTTFRIDI OLEARII *obseruationes sacræ ad euangelium Matthæi*, Lipsiæ MDCCXIII. 4. *** et iterum ibidem MDCCXLIII. 4. * Complectuntur *obseruationes* hæ non commentarium perpetuum in Matthæum; sed explanationes selectiorum eius ac difficiliorum locorum atque argumentorum. Multum istæ se commendarunt ac magnam laudem acceperunt; nec sine caussa. Conscriptæ enim sunt ea ratione, vt Matthæo vel maior; vel noua lux adferatur, auctorque egregium iudicium ac præclaram eruditionem profanam, inprimis græcam, pariter ac sacram abunde comprobauit. Primum

* ARNDII *bibliotheca Mayeri biblica continuata* p. 121.
** LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 799.
*** *memoires de Treuoux* MDCCXIX. *aug.* p 1243. CLERICI *bibliotheque ancienn. et modern. tom.* II. p. 318. *histoir. critique tom.* VII. p. 416 *acta eruditor.* MDCCXIII. p. 325. *deutsche acta eruditor volum.* II. p. 434. ALETHAEI *berichte von commentariis vber die schrift part.* II p. 119 FABRICII *historia bibliothec. part.* IV. p. 497. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 797.
* *nachrichten von den neuesten theologischen buchern volum.* III. p. 62.

mum prodierunt *obseruationes* istæ separatim, veluti disputationes academicæ; postea autem, vno volumine iunctæ, lucem adspexerunt atque Olearius defendit se ab aduersario suo. * Quum enim adfirmasset, verba orationis dominicæ: *sanctificetur nomen tuum*, non esse petitionem; sed laudationem ipsamque orationem sex; non septem petitionibus constare, sententiamque hanc *Gottl. Wernsdorfius* impugnasset, ** necessitatem, contra hostem hunc caussam suam agendi, sibi impositam esse, recte existimauit: ***

CHRISTOPHORI MATTHAEI PFAFFII *notæ exegeticæ in euangelium Matthæi, quibus sensus eiusdem litteralis perspicue breuiterque euoluitur*, Tubingæ MDCCXXI. 4. * quæ non debita diligentia compositæ sunt hancque ob caussam existimatio illarum mediocris est. Præmisit tamen auctor *lectiones sex* eruditas, quæ opus ipsum commendant, iisque exposuit de librorum noui testamenti canone, inspiratione, stilo, codicibus manuscriptis, versionibus, harmoniis euangelicis, distinctionibus, titulis:

IO. CHRIST. KLEMMII *exercitia critica super quinque prioribus euangelii Matthæi capitibus*, Tubingæ MDCCXXV. 4. ** quæ quidem iure ad hunc locum haud pertinent; quum autem lectione digna sunt, eorum veluti in transitu mentionem facio. ***

2) *Reformatorum*

IO. OECOLAMPADII *enarrationes in euangelium Matthæi*, Basileæ MDXXXVI. 8.

HENRICI BVLLINGERI *commentarius in Matthæum et Ioannem*, Tiguri MDXLII. fol.

WOLF-

* p. 185.
** in *vindiciis orationis dominicæ*, Vitembergæ MDCCVIII.
*** controuersiam hanc enarraui in *der einleitung in die religions-streitigkeiten der euangelisch-lutherischen kirche part.* V. p. 1162.
* *samlung von alten und neuen theologischen sachen*, 1722. p. 434. *deutsche acta eruditorum volum.* VII. p. 375. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 799.
** LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 799.
*** syllabum interpretum Matthæi lutheranorum exhibet CRENIVS *uers. philolog. et historic. part.* II. p. 107.

WOLFGANGI MVSCVLI *commentarius in Matthaeum*, Basileae MDXLVIII. MDLVI. MDLXVII. MDLXXVIII. MDXCI. MDCXI. fol.

BENEDICTI ARETII *commentarius in Matthaeum*, Morgiis MDLXXX. 8.

LAMBERTI DANAEI *commentarius in Matthaeum*, Geneuae MDXCIII. 8.

ABR. SCVLTETI *exercitationes euangelicae, quibus quatuor euangelistarum difficiliora et obscuriora loca partim philologice; partim theologice explicantur*, libris duobus, Amstelodami MDCXXIV. 4. * quae *exercitationes* vt inter commentarios vniuersos in quatuor euangelistas referantur, titulus earum postulare videtur. At vero quum istis tantum decem priora capita Matthaei illustrantur, maiori iure illae locum hunc obtinere possunt. Commentationes ipsae sunt in honore auctorque monstrat ingenium, litteris graecis atque aliis praeclare excultum, ac probat, se monimenta profanorum scriptorum diligentissime legisse:

FRANCISCI GOMARI *illustrium ac selectorum ex euangelio Matthaei locorum explicatio*, ** cuius etiam exstat *dissertatio de euangelio Matthaei, quanam lingua sit scriptum*, Groeningae MDCXXXI. 8. ***

FRIDERICI SPANHEMII, iunioris, *euangelicae vindiciae; sex loca illustriora ex euangeliis ac praecipue illo Matthaei, a falsis τῶν ἀντιλεγόντων quorumuis interpretamentis, exceptionibus, instantiis vindicata varieque illustrata*, libris tribus, quorum duo priores publicae luci expositi sunt Heidelbergae MDCLXIII. 4. tertius autem post longius temporis spatium prodiit, Lugduni Batauorum MDCLXXXV. 4. * Constitutum quidem auctori fuit, reliquorum etiam euangelistarum loca eodem modo explanare ac defendere; exstiterunt autem

* *samlung von alten vnd neuen theologischen sachen*, 1736. p. 631. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 792.

** exstat in eius *operibus theologicis*, quae Amstelodami MDCLXIV. fol. edita sunt, *part.* I. p. I

*** locum obtinuit itidem in eius *oper. part.* II. p. 253.

* sunt etiam in eiusdem *operum*, quae Lugduni Batauorum MDCCI. prodierunt, *tomo* III. p. 2.

tem impedimenta, quo minus consilium, quod ceperat, exsequeretur. Opus ipsum de egregia eruditione ac modestia Spanhemii testatur: *

CAROLI MARIAE DE VEIL *explicatio litteralis euangelii secundum Matthaeum et Marcum, ex ipsis scripturarum fontibus, Ebraeorum ritibus et idiomatis, veterum et recentiorum monimentis eruta*, Londini MDCLXXVIII. 8. cuius interpretandi rationem supra enarraui, quum commentarios eius in quosdam libros veteris testamenti recensui: **

SALOMONIS VAN TIL *euangelium sancti apostoli Matthaei, post succinctam analysin, breuibus notis apertum et validissimis demonstrationibus contra hostes christiani nominis et scepticos assertum*, belgico sermone, Amstelodami MDCLXXXIII. 4. Dordraci MDCLXXXVII. MDCXCV. 4. *** germanice sub titulo: *das euangelium des heiligen apostels Matthaei nach gehöriger erklärung durch kurzbundige anmerckungen eröffnet, auch durch kräftige beweisgründe gegen alle vnchristen vnd zweifler fest gestelt*, Cassellis MDCC. 4. Francofurti MDCCV. 4. * Liber est eruditissimus, singulari laude ac commendatione dignus. Operam suam auctor non solum in eo collocauit, vt sensum litteralem adcurate indagaret; verum etiam ex Matthaei euangelio demonstraret, iesum esse verum messiam. Interpretatio germanica non satis adcurata est atque elegans:

IO. HVYSINGAE *expositio euangelii Matthaei*, quae primum lingua belgica in lucem prodiit, Hagae comitum MDCLXXXIV. 4. deinde in sermonem germanicum conuersa et edita est, sub inscriptione: *schriftmäßige erklærung des euangelii Matthaei, darinnen der rechte sinn vnd meynung des heiligen geistes kürzlich angewiesen vnd zur gottseeligkeit angedrungen wird, auch zugleich gezeiget, dass die weissagungen der propheten*

* *actor. eruditor. supplement. tom.* I. p. 73. ALETHAEI *berichte von den commentariis vber die schrift part* IV. p. 65. 97. 128. NICERONII *memoires tom* XXIX. p. 22.

** LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 971.

*** BASNAGE *histoire des ouurages des sauans* MDCXCIV. *iul.* p. 492. VAN DE WALL *praefatione ad van Til commentarium de tabernaculo Mosis* p. 32. seq. vbi liber hic diligenter recensetur.

* LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 801.

pheten in eben demselben sinn vnd verstand zur befestigung der warheit angezogen werden, wie sie durch die propheten sind geredet worden, Cassellis MDCCX. fol. * Commentarium hunc auctor, quemadmodum ipse in praefatione testatur, eo quidem consilio scripsit, vt ille litterarum expertibus ac rudioribus inseruiret; multa tamen, quae supra ingenia hominum huiusmodi posita sunt, adtulit atque eruditionem monstrauit. Sequutus est interpretandi rationem, qua Coccei adseclae vtuntur. Quae Matthaeus de christi cruciatibus, morte ac reditu ad pristinam vitam litteris mandauit, ea ab Huysinga omissa; nec explanata sunt:

IO. HENRIC. HEIDEGGERI *labores exegetici in Matthaeum*, ac simul in *Iosuam* atque in *epistolas ad Romanos, Corinthios* et *Ebraeos*, Tiguri MDCC. 4.

IO. VRIEMOET *obseruationes in Matthaei euangelii quinque capita prima: accedit epistola in Coloss.* II. 16. Traiecti ad Rhenum MDCCXXVIII. 8. quibus maxime dictiones Matthaei graecae ex profanis auctoribus illustrantur. **

3) *Pontificiorum*

FRANCISCI TITELMANNI *commentarius in Matthaeum*, Antuerpiae MDXLV. 8. ibidem MDLXXVI. Parisiis MDXLVI. Lugduni MDXLVII. MDLVI. MDXCVIII. fol

IO. FERI *enarrationes in Matthaeum*, quarum multae editiones memorantur ac prodiisse illae dicuntur, Moguntiae MDLIX. fol. Antuerpiae ac Lugduni MDLIX. Parisiis et Venetiis MDLX. Compluti MDLXII. Parisiis MDLXIV. Antuerpiae MDLXX. Romae MDLXXVII. Lugduni MDCIV. MDCX. 8. Libere scribit Ferus ac testimonia edit veritatis contra ipsos pontificios, quae et caussa est, cur varia loca commentarii huius auctoritate praesulis romani reprehensa fuerint: ***

MATTHIAE BREDEMBACHII *commentaria in euangelium secundum Matthaeum*, Coloniae MDLX. fol.

IO.

* LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 592.

** *iournal literaire tom.* XIII. p. 51. COLERI *auserlesene theologische bibliothec volumin.* IV. p. 143.

*** SIMONIS *histoire critique des principaux commentateurs du nouueau testament cap.* XXXVIII. p. 559.

IO. HESSELII *commentarius in Matthaeum*, Louanii MDLXVIII. MDLXXII. 8.

ALPHONSI DE AVENDANO *commentarius in Matthaeum*, Madriti MDXCII. fol, duobus voluminibus:

LAVRENTII DE APONTE *commentarii litterales et morales in Matthaeum*, Lugduni MDCXLI. fol. duobus voluminibus, cuius operis mediocris dignitas est atque vtilitas, quoniam auctor maxime dogmata moralia pertractat:

ALOYSII NOVARINI *Matthaeus expensus; siue notae in euangelium Matthaei et lectionum varietatem*, Venetiis MDCXXIX. Lugduni MDCXLII. fol. cuius et reliqui *euangelistae expensi* exstant:

MARCELLINI DE PISE *commentaria litteraria et moralia in euangelium Matthaei*, Lugduni MDCLVI. fol.

4) *Arminianorum*

SIMONIS EPISCOPII *notae breues in* XXIV. *priora capita Matthaei*, quas morte impeditus, ad finem haud perducere potuit: *

CHRISTIANI HARTSOEKERI *aantekeningen ouer het heilige euangelium van Matthaeus*, Amstelodami MDCLXVIII. 4. qui etiam commentatus est in Marcum ac Lucam, ea ratione, vt non solum Arminii dogmata, veluti normam, sequeretur; sed etiam haud obscure significaret, se a Socini erroribus haud alienum esse.

COMMENTARII IN EVANGELIVM MARCI

1) *Lutheranorum*

CHRISTOPHORI HEGENDORPHINI *adnotationes in Marci euangelium*, Haganoae MDXXVI. MDXXXVI. 8.

ERASMI SARCERII *in Marci euangelium iusta scholia, iuxta perpetuam orationis seriem et cohaerentiam conscripta et locupletata*, cum praefatione *Bartholom. Westhemeri*, Basileae MDXXXIX. et MDXLI. 8.

IO. WINCKELMANNI *commentarius in euangelium Marci*, Francofurti MDCXII. 8. quo auctor maius studium in

* sunt in eius *oper. theologic. tom.* II. *part.* I. p. I.

in dogmatibus ac controuerſiis enarrandis; quam in ipſ[o] euangelio, philologiæ ope explanando, collocauit: *

IO. GEORGII DORSCHEI *commentarius ad Marcum* quem, antea manu tantum; attamen non ipſius auctoris ſcriptum *Io. Frideric. Mayerus* publicæ luci expoſuit, Kiloni[i] MDCXC. 4. Poſtea ille in *Dorſchei commentario in quatuo[r] euangeliſtas*, quem iam recenſui, prodiit: **

GEORGII FRIDERICI HEVPELII *Marci euangelium notis grammatico-hiſtorico-criticis illuſtratum*, Argentorat[i] MDCCXVI. 8. qui liber bene aptus eſt ad ſenſum litterarum adcuratius indagandum atque ad hanc rem vtilia ſuppedita[t] adiumenta: ***

IO. CHRISTIAN. KLEMMII *exercitia critica in dimidium euangelii Marci*, Tubingæ MDCCXXVIII. 4.

2) *Reformatorum*

OSWALDI MYCONII *commentarius in euangelium Marci*, Baſileæ MDXXXVIII. 8.

HENRICI BVLLINGERI *commentarius in Matthæum et Marcum*, Tiguri MDXLV. fol. qui et prodiit cum eiusdem *commentario in Matthæum et Lucam*, ibidem MDLIV. fol. ac cum *commentario in Lucam et Ioannem*, ibidem MDLXVIII. fol.

LAMBERTI DANAEI *quæſtiones et ſcholia in Marcum*, Geneuæ MDXCIV. 8.

GEORGII PETTERI *commentary vpon the goſpel ſaint Marck*, Londini MDCLXII. fol. duobus voluminibus:

CAROLI MARIAE DE VEIEL *explicatio litteralis euangelii ſecundum Matthæum et Marcum, ex ipſis ſcripturarum fontibus, Ebræorum ritibus et idiomatis, veterum et recentiorum monimentis eruta*, Londini MDCLXXVIII. 8. cuius libri iam antea mentionem feci.

3) *Ponti-*

: FABRICII *hiſtoria bibliothecæ part.* VI. p. 402.

* ARNDII *bibliotheca Mayeri biblica continuata* p. 121.

** *vnſchuldige nachrichten*, 1716. p. 538. LILIENTHALII *exegetiſche bibliothec* p. 977.

3) *Pontificiorum*

IO. HOFMEISTERI *commentarius in Matthaeum, Marcum et Lucam*, Louanii MDLXII. fol. Parisiis MDLXIII. 8. Coloniae MDLXXII. 8.

ANGELI DEL PAS *commentaria in Marci euangelium*, Romae MDCXXIII. fol. *

ALOYSII NOVARINI *Marcus expensus*, Lugduni MDCXLII. fol.

Inter *Arminianos* fuit CHRISTIANVS HARTSOEKERVS, qui relinqueret: *aantekeningen ouer het heylige euangelium van Marcus*, Amstelodami MDCLXXI. 4.

COMMENTARII IN EVANGELIVM LVCAE

1) *Lutheranorum*

FRANCISCI LAMBERTI *commentarius in diui Lucae euangelium*, Noribergae MDXXIV. 8. Argentorati MDXXV. 8. Qui posteriorem editionem cum priore conferre velit, videbit, illam fuisse corruptam verbaque Lamberti de sacra coena in LVCAE *caput* XXII. ad Zuinglii mentem mutata. Deprauatio haec quo auctore suscepta sit, non plane constat. In culpa esse generatim Caluini adseclas, dubitatione caret; fieri autem potuit, vt ipse Lambertus verba sua immutaret. Quamuis enim ille Lutheranorum sacris addictus fuerit; fortasse tamen a vero dogmate de epulis, a christo institutis, discessit: **

IO. AGRICOLAE *commentarius in Lucam*, Noribergae MDXXV. 8. Haganoae MDXXVI 8. praeter quas editiones, alia eaque in lucem emissa Augustae Vindelicorum MDXV. 8. adducitur: num vere; an minus, ignoro:

ERASMI SARCERII *in Lucae euangelium iusta scholia, per omnes circumstantias methodice conscripta*, Basileae MDXXXIX. 8. iterum emendata atque aucta Francofurti MDXLI. 8.

* WADDINGI *scriptores ordinis minorum* p. 24.

** *samlung von alten und neuen theologischen sachen*, 1731. p. 864. GERDESII *florilegium librorum rariorum* p. 69. VOGTII *catalogus librorum rariorum* p. 395.

IO. WINCKELMANNI *commentarius in Lucam*, Francofurti MDCI. Giessæ MDCIX. ac quæ editio a nonnullis memoratur, Lubecæ MDCXVI. 8. *

MARTINI SPIELENBERGII *commentarius in euangelium Lucæ*, Ienæ MDCLXIII. 4. **

2) *Reformatorum*

IO. PISCATORIS *analysis logica euangelii secundum Lucam*, Sigenæ MDXCVI. MDCVIII. 8.

FRANCISCI GOMARI *selectorum euangelii Lucæ locorum illustratio*, *** quæ commentariis in Lucam quidem adnumeratur; minus autem adcurate, quum illa ad duo tantum priora capita dicti euangelii spectat:

REYNARDI TOELAARI *het euangelium beschreuen door Lucas, naar het oogmerk en deszelf samenhang verklaart*, Nouiomagi ab anno MDCCXLI. 4. tribus voluminibus.

3) *Pontificiorum*

IO. HOFMEISTERI *commentarius in Matthaeum, Marcum et Lucam*, Louanii MDLXII. fol. Parisiis MDLXIII. Coloniæ MDLXXII. 8.

IACOBI LOGENHAGENII *commentarius in euangelium secundum Lucam, ex operibus Augustini excerptus*, Antuerpiæ MDLXXIV. 8.

IO. SOARIS *commentaria in euangelium secundum Lucam*, Conimbricæ MDLXXIV. Parisiis MDLXXVIII. fol.

DIDACI STELLAE *commentaria in sanctum iesu christi euangelium secundum Lucam*, Salmanticæ MDLXXV. Compluti MDLXXVIII. Lugduni MDLXXX. MDLXXXIII. MDXCII. Romæ MDLXXXII. Antuerpiæ MDLXXXII. MDLXXXIV. MDXCI. MDC. MDCV. MDCVIII. MDCXIII. MDCXXII. MDCLIV. fol. Venetiis MDLXXXIII. 4. Moguntiæ MDCLXXX. fol. Ex tot editionibus, quæ adducuntur, * colligendum est, opus

* translatus est commentarius hic in HVNNII *thesaurum euangelicum*, a *Feustkingio* editum, Vitembergæ MDCCVI. fol. confer: ARNDII *bibliothecam Mayeri biblic. continuat.* p. 123.

** ARNDIVS *dicto loco* p. 122

*** *operum* eius *theologicorum part.* I. p. 149. adde: SIMONIS *histoire critique des principaux commentateurs du nouueau testament cap.* L I. p. 761.

* in LE LONG *bibliotheca sacra* p. 972.

opus hoc apud pontificios non mediocrem sibi comparasse existimationem; id tamen non singularis dignitatis esse, viri eruditi, rerum exegeticarum periti atque a partium studio alieni recte iudicant. Multa disserit auctor, quae ad mores hominum spectant atque oratoribus sacris, si iudicium adhibetur, inseruire possunt: *

ALPHONSI DE HOROSCO *commentarius in Lucam*, Compluti MDLXXIX. 4. **

CASPAR. DE MELO *commentaria in Lucam*, Vallisoleti MDXCVII. fol.

FRANCISCI TOLETI *commentaria et adnotationes in duodecim priora capita euangelii secundum Lucam*, Romae MDC. Parisiis MDC. fol. Venetiis MDC. 4. Coloniae MDCXII. fol. quibus auctor saepe quidem multumque a re principali digreditur ac quaestiones varii generis pertractat; boni tamen interpretis officium non penitus negligit: ***

ANGELI DEL PAS *commentaria in Lucam*, Romae MDCXXV. fol. duobus tomis: *

ALOYSII NOVARINI *Lucas expensus*, Lugduni MDCXLIII. fol.

Ex *Arminianis* addendus est: CHRISTIANVS HARTSOECKERVS, quum illius exstant: *aantekeningen ouer het heylige euangelium van Lucas*, Amstelodami MDCLXXXVII. 4. Scriptae sunt adnotationes hae ab ipso Hartsoeckero in sex ac decem priora capita; continuatae autem atque ad finem euangelii Lucae perductae a IOANNE MOLINAEO, itidem Arminii adsectatore. **

* LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 594.

** ANTONIVS *bibliothec. hispan. nou. tom.* 1. p. 23. recenset quidem *commentarium* hunc inter scripta DE HOROSCO; minus autem adfirmat, ab eodem editum istum esse. LE LONG *bibliotheca sacra* p. 782. opus hoc illi expresse adscribit idque in lucem omnino prodiisse, memorat.

*** SIMONIS *histoire critique des principaux commentateurs du nouveau testament cap.* XLI. p. 605.

* WADDINGI *scriptores ordinis minorum* p. 24.

** GATTENBVRGII *bibliotheca scriptorum remonstrantium* p. 93 109.

COMMENTARII IN EVANGELIVM IOANNIS

1) *Lutheranorum*

ERASMI SARCERII *in Ioannis euangelium scholia iusta ad perpetuae textus cohaerentiae filum*, Basileae MDXL. 8.

CASPAR. CRVCIGERI *enarratio in euangelium Ioannis*, Vitembergae MDXL. Argentorati MDXLVI. 8. qui quum patres ecclesiae sequitur, a sensu mystico non alienus est ac locos communes, vti consuetudo temporis illius ferebat, saepe exhibet:

ALEXANDRI ALESII *commentarius in euangelium Ioannis*, Basileae MDLIII. 8. quem Lipsiae in scholis suis recitauit:

CASSIODORI REINII *euangelium Ioannis*, Francofurti MDLXXIII. 4. quod complectitur versionem syriacam euangelii huius latinam, a Tremellio confectam ac notis illustratam:

AEGIDII HVNNII *commentarius in euangelium iesu christi secundum Ioannem*, Francofurti MDLXXXV. 8. MDXCI. 8. MDXCV. 8. dignus laude, qua ille ob perspicuum scribendi genus pariter ac rerum expositionem ornatur: *

DAVIDIS CHYTRAEI *scholia in euangelium Ioannis*, Francofurti ad Moenum MDLXXXVIII. 8. quae auctor in scholis suis tradiderat; post mortem autem illius *Henricus Schinckius* iuris publici fecit. Breuiora ista sunt; nec adcuratiore cura elaborata. Eam ob caussam non eamdem cum reliquis Chytraei commentariis existimationem sibi conciliarunt: **

NICOLAI HEMMINGII *commentarius in euangelium Ioannis*, Basileae MDXCI. fol qui in suspicionem, fauere se reformatorum placitis, venit:

CHRISTOPHORI PELARGI, qui lutheranis ac reformatis adnumeratur, quum primum illorum docrinam professus est; postea autem significauit, se a reformatorum sententiis haud alienum esse, *commentarius in Ioannem per quaesita et responsa, ex antiquitate orthodoxa magnam partem erutus*, Fran-

---

* exstat *ommentarius* hic in eiusdem *operum latinor. tomo* III. p 615. et in *thesauro euangelico*, a *Feustkingio* edito, Vitembergae MDCCVI. confer: REIMMANNI *accessiones ad catalogum bibliothec. theolog.* p. 224.

** vide: SCHVTZII *vitam Chytraei libro* III. p. 230.

Francofurti MDCXV. 4. vbi multa docte atque vtiliter dicta sunt:

GEORGII MYLII *commentarius in euangelium Ioannis absolutissimus*, Francofurti MDCXXIV. 4.

PAVLLI TARNQVII *in sancti Ioannis euangelium commentarius, quo verba et phrases ex graeca hellenistica, ebraea et cognatis orientalibus linguis explicantur, cohaerentia textus et sententiarum in narrationibus euangelistae et concionibus domini nostri iesu christi analysi logica ostenditur eademque opera in expositiones veterum et recentium, maxime Ioannis Maldonati, inquiritur deque controuersiis grauissimis contra pontificios, photinianos nouos aliosque, et de quaestionibus nonnullis curiosis, quae ab interpretibus motae sunt, iudicium exponitur. Inserta est arabica paraphrasis, a Thoma Erpenio edita, latina translatio, vna cum collatione diuersitatis lectionum in romano codice arabico et interpretationis eiusdem interlinearis, eodem auctore*, Rostochii MDCXXIX. 4. * Copiosiorem titulum hunc consulto integrum huc transtuli, vt qualis commentarii ipsius sit ratio, facile intelligatur. Iure ille ad expositiones meliores adiungitur. Ob ea, quibus auctor a principali re digressus est, per morem, scripturam sacram interpretandi, tempore isto receptum, excusari ille debet: **

IO. CANVTI LENAEI *commentarius in euangelium Ioannis*, Holmiae MDCXL. 4.

GVILIELM. LYSERI *disputationes exegeticae in euangelium Ioannis*, Vitembergae MDCXLVI. 4. quae antea separatim prodierunt ac defensae sunt; postea autem dicto anno, vno volumine iunctae, lucem adspexerunt. Id egit auctor, vt non solum verba; sed etiam res euangelistae philologice ac theologice explanaret: aliorum quoque interpretum obseruationes diligenter colligeret. Monstrat igitur opus hoc eruditionem ac promittit vtilitatem:

ANDREAE VIRGINII *selectissima notae in euangelium Ioannis*, Dorpati MDCXLVII. 4.

* LE LONG *bibliothec. sacr.* p. 981. memorat etiam editionem anni MDCXXXVI.

** LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 802.

CHRISTIANI NIFANII *ſancti Ioannis euangelium, commentario perpetuo illuſtratum atque ab Hugonis Grotii inprimis et aliorum corruptelis vindicatum*, Francofurti ad Mœnum MDCLXXXIV. 4. Natus eſt liber hic ex diſputationibus, quas Nifanius in academia gieſſenſi MDCLIX. habuit; poſtea autem locupletauit ſententiasque patrum atque aliorum addidit. Quas confutauit; non ſemper tamen feliciter atque adcurate, GROTII *adnotationes in Ioannem* exhibentur, vna cum ipſo apoſtoli textu græco. Multa ex Coccelo adlata ſunt: *

SEBASTIANI SCHMIDII *reſolutio breuis, cum paraphraſi verborum euangelii Ioannis apoſtoli*, Argentorati MDCLXXXV. MDCXCIX. 4. quæ non iuſtum quidem commentarium nobis præbet; ad euangelium tamen Ioannis explicandum adiumenta ſuppeditat non contemnenda. Diuidit Schmidius euangelium hoc in principales ac quoduis caput illius in ſingulares partes harumque addit analyſin, vna cum vberiore paraphraſi. ** Germanice liber hic prodiit ſub titulo: *kurtze erklärung des euangelii Ioannis*, Halæ MDCCXVI. 8. ***

SIEGMVNDI IACOBI BAVMGARTENII *auslegung des euangelii Ioannis*, cum *Io. Salom. Semleri* præfatione, Halæ MDCCLXII. 4.

2) *Reformatorum*

MARTINI BVCERI *enarrationes in Ioannem*, Argentorati MDXXVIII. 8. Multa in illis Bucerus tradidit, quæ docta ſunt ac ſpeciatim ad hominum mores et controuerſias pertinent. Prodierunt iſtæ ſeparatim, quum antea eiusdem *enarrationes in Matthæum*, *Marcum* et *Lucam* lucem adſpexiſſent, quibus illæ copioſiores ſunt: *

10.

* *acta eruditor.* MDCLXXXIV. p. 212. LILIENTHALII *exegetiſche bibliothec* p. 803 ARNDII *bibliotheca Mayeri biblica continuata* p. 124.

** FABRICII *hiſtoria bibliothecæ part.* IV. p. 69. *acta eruditorum* MDCLXXXV. p. 355. LILIENTHALII *exegetiſche bibliothec* p. 804. ARNDII *bibliotheca Mayeri biblica continuata* p. 124. ALETHAEI *berichte von commentariis vber die ſchrift part.* VI. p. 55.

*** *neuer bücherſaal der gelehrten welt volumin.* V. p. 540.

* SIMONIS *hiſtoire critique des principaux commentateurs du nouveau teſtament cap.* XLIX. p. 741.

IO. OECOLAMPADII *adnotationes in euangelium Ioannis*, Basileae MDXXXIII. 8. quae post mortem auctoris in lucem exierunt, postquam Io. Gastius, auditor, eas litteris mandauerat. Dedicationem *Oswaldus Myconius* praemisit: *

HENRICI BVLLINGERI *commentariorum in euangelium Ioannis libri VII.* Tiguri MDXLIII. fol. Laudantur illi ob eruditionem et quod auctor monstrauit, iudicium. Maxima eorum pars iis constat, quae ex Cyrillo, Chrysostomo, Augustino atque aliis ecclesiae patribus collecta sunt:

WOLFGANGI MVSCVLI *commentarii in euangelium Ioannis, in tres heptadas digesti*, qui editi sunt primum separatim: deinde coniunctim, Basileae MDLIII. MDLXIV. MDLXXX. MDCXVIII. fol. Explicatur littera textus atque adduntur vberiores notae dogmaticae, polemicae, morales, allegoricae: **

IO. CALVINI *commentarii in euangelium secundum Ioannem*, Geneuae MDLIII. MDLV. fol. cum *harmonia* eodem loco MDLXIII. fol. gallice, ibidem MDLXIII. fol. anglice per *Thomam Feterston*, Londini MDLXXXIV. 4. ***

BARTHOLOMAEI TRAHERON *exposition on part of saint Iohns gospell*, MDLVIII. 8.

BENEDICTI ARETII *commentarius in euangelium Ioannis*, Lausannae MDLXXVIII. 8.

LAMBERTI DANAEI *commentarius in Ioannis euangelium*, Geneuae MDLXXXV. 8.

GVILIELMI ZEPPERI *analysis logica cum scholiis in Ioannem*, Herbornae MDXCV. 8.

ROBERTI ROLLOCI *commentarius in euangelium Ioannis, vna cum harmonia ex quatuor euangelistis in mortem, resurrectionem et adscensionem domini*, Geneuae MDXCIX. MDCVIII. 8. Laudatur ille atque in commentariis, bene scriptis, numeratur Explanat tamen auctor maxime dogmata fidei et vitae ac refellit simul aduersarios. Argumentum ipsius euangelii tabula analytica exhibetur:

* FABRICII *historia bibliothecae part.* VI. p. 391.

** SIMONIS *histoire critique des principaux commentateurs du nouueau testament cap.* L. p. 749.

*** exstant etiam *operum* eius *tomo* VI. *part.* 2.

DANIELIS HEINSII *Aristarchus sacer; siue ad Nonni in Ioannem metaphrasin exercitationes, quarum priori parte interpres examinatur: posteriori interpretatio eius cum sacro scriptore confertur: in vtraque sancti euangelistae plurimi illustrantur loci. Accedit Nonni et sancti euangelistae contextus*, Lugduni Batauorum MDCXXVII. 8. ac cum HEINSII *exercitationibus sacris ad nouum testamentum*; sine tamen NONNI *metaphrasi*, Lugduni Batauorum MDCXXXIX. fol. Inscripsit auctor librum hunc *Aristarchum*, quia viri boni ac prudentis idem sit munus atque officium, quod Aristarchi fuerit, vt de aliorum scriptis sententiam, sine aemulatione ac malitia, libere ferat. Qua libertate Heinsius in Nonni caussa vsus quidem est; iustum autem illius modum neglexit. Quauis ratione Nonnum perstringit eumque insimulat nunc ignorantiae; nunc arianismi. Eam ob rem tantum abest, vt se commendauerit; vt a viris doctissimis vehementer fuerit reprehensus. Defensionem Nonni aduersus Heinsium suscepit ipsique obiecta diluere adnisus est CASPAR VRSINVS in *Nonno rediuiuo*, Hamburgi MDCLXVII. 8. Praemisit Heinsius *Aristarcho* suo prolegomena longiora iisque commentatus est de artis criticae apud veteres ortu, progressu atque vsu in theologia aliisque litterarum disciplinis: *

MOSIS AMYRALDI *paraphrase sur l'euangile selon saint Iean*, Salmuri MDCLI. 8.

RVDOLPHI PETRI *commentarius in euangelium Ioannis*, sermone belgico compositus atque inscriptus: *den euangelischen Arend*, Amstelodami MDCLIII. 4. tribus tomis, quorum vltimum *Henricus Rulaeus* post mortem auctoris iuris publici fecit; perductus autem est commentarius hic tantum ad caput quartum ac decimum. Laudatur ille, quum Petri eruditionem ac pietatem satis probet:

GEORGII HVTCHESONII *exposition vpon Iohn*, Londini MDCLVII. fol.

FRANCISCI GOMARI *selectiorum euangelii Ioannis locorum*

* FABRICII *historia bibliothec part.* VI. p. 158. BVDDEI *isagog. ad theolog vniuers. lib.* II. *cap* 8. p. 1624 SIMONIS *histoire critique des principaux commentateurs du nouueau testament cap.* XXIII. p. 326. FABRICII *bibliotheca graec. vol.* VII. p. 689.

rum illustratio, * cuius argumenta partim ad philologiam; partim ad controuersias pertinent:

HERON. SIBERSMA *euangelium Ioannis, explicatum secundum Mosen et prophetas, in vsum veteris nouique israelis*, belgice, Amstelodami MDCCXVII. 4. germanice, interprete *Emanuel. Meyero*, Basileae MDCCXVIII. 4. ** Quum auctor Coccei auditor fuit, et eius interpretandi rationem sequutus est atque ad id studia sua contulit, vt ex omnibus dictis ac factis christi monstraret, ad iudaeos conuincendos, illum verum esse messiam:

FRIDERICI ADOLPHI LAMPE *commentarius analytico-exegeticus, tam litteralis; quam realis euangelii secundum Ioannem, quo non tantum singulis vocibus ac phrasibus lux adfunditur veritatesque, in iis latentes, eruuntur atque vindicantur; sed etiam ordo ac scopus omnium ac singularium partium eius adcurate ostenditur*, tribus tomis, quorum primus in lucem prodiit Amstelodami MDCCXXIV. duo posteriores autem ibidem MDCCXXVI. 4. *** Litteris non solum iste iterum descriptus est, Basileae MDCCXXV. MDCCXXVI. MDCCXXVII. 4. sed etiam in linguam germanicam conuersus ac sub titulo: *auslegung des euangeliums Ioannis*, Lipsiae MDCCXXIX. 4. editus, ad quam interpretationem nouae adnotationes morales, antea omissae, accesserunt. * Commentarius ipse egregius est multaeque ac variae eruditionis plenus sique a dogmatibus, ecclesiae reformatae propriis, quae auctor oblata occasione defendit, discedamus, omnino iudicari debet, inter omnes Ioannis interpretes Lampio locum primarium adsignandum esse. Praemisit ille *prolegomena* amplissima atque eruditissima iisque magna diligentia enarrauit, quae ad Ioannis euangelistae atque apostoli vitam, res gestas, scripta simulque ad varia antiquitatis ecclesiasticae capita pertinent.

---

* *operum theologicor. part.* I. p. 203.

** LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 805.

*** CLERICI *bibliotheque ancienne et moderne tom.* XXVII. p. 335. *acta eruditor* MDCCXXV. p. 460. COLERI *auserlesene theolog. bibliothec volum.* I. p. 1069 *volum* III. p. 171. 829. *samlung von alten und neuen theolog. sachen*, 1727. p. 1135.

* LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 806.

nent. Refutatus tamen est ob nonnulla, quæ tradit, inprimis ob sententiam, Ioannem euangelium suum hæreticis Cerintho atque Ebioni haud opposuisse, nominatim: a GEORG. LVDOVICO OEDERO *libro vno de scopo euangelii sancti Ioannis apostoli, certissime hæresi Cerinthi et Ebionis oppositi*, Francofurti et Lipsiæ MDCCXXXII. 8. GOTTL. FRIDER. GVDIO, qui aduersus Lampium pugnauit *discussione mysticæ miraculorum et fatorum christi interpretationis*, Lipsiæ MDCCXXIX. 8. ANTONIO DRIESSENIO in *vindiciis locorum in euangelio secundum Ioannem, filii dei naturalem ex patre natiuitatem et spiritus sancti naturalem a patre filioque processionem directe docentium*, Grœningæ MDCCXXXII. ac belgice Lugduni Batauorum MDCCXXXVII. 4. Ab aduersario hoc IACOB. ODE Lampium in *epistola*, MDCCXXXIII. edita, defendit. *

3) *Pontificiorum*

IO. FERI *in sacrosanctum iesu christi euangelium secundum Ioannem piæ et eruditæ iuxta catholicam doctrinam enarrationes*, quarum multæ editiones memorantur illæque prodiisse dicuntur, Moguntiæ MDXXXVI. MDL. Parisiis MDLII. Lugduni MDLIII. MDLVIII. Louanii MDLIX. Lugduni MDLXIII. Parisiis MDLXIX. atque emendatæ cura *Michaelis Medinæ* Compluti MDLXIX. MDLXXVIII. Moguntiæ MDLXXII. Romæ MDLXXVII. fol. ** Inter editiones has optima habetur illa, quæ Louanii MDLIX. lucem vidit, eo præcipue nomine, quia in ea sit dedicatio, ad archiepiscopum moguntinum scripta; in aliis autem editionibus illa desideretur. In ista professus est Ferus, se ad commentarium hunc scriptis pontificiorum pariter ac protestantium, Brentii atque Oecolampadii, vsum esse atque ex illis et res; et verba transtulisse. Eam ob caussam in suspicionem prauæ doctrinæ animique, ab ecclesia romana alieni, venit ac Dominicum de Soto maxime aduersarium nactus est, cuius studiis cum dicta dedicatio; tum alia, quæ pontificiis minus fauere videban-

* BVDDEVS quoque in *ecclesia apostolica* p. 521. contra Lampii sententiam de euangelio Ioannis, Ebionitis non opposito, disputat.

** editiones has recenset LE LONG *bibliotheca sacra* p. 724.

bantur, sublata sunt. Edidit praeterea SOTO aduersus Ferum: *adnotationes in commentarios Ioannis Feri moguntinensis super euangelium Ioannis*, Salmanticae MDLIV. 4. Sed cuius paullo ante mentionem feci, MICHAEL MEDINA scripsit: *apologiam Io. Feri, in qua septem et sexaginta loca commentariorum in Ioannem, quae antea Dominicus Soto, segouiensis, vti lutherana traduxerat, ex sancta scriptura sanctorumque doctrina restituuntur*, Moguntiae MDLXX. 8. *

CLAVDII GVILLIAVDI *enarrationes in euangelium Ioannis*, Parisiis MDL. fol. Lugduni MDLV. 8. quae non talem industriam monstrant, qualem eiusdem auctoris commentarii in epistolas Paulli: **

IO. ANTONII DELPHINI *commentarii in euangelium Ioannis et in epistolam ad Ebraeos*, a *Constantio Sernano* notis illustrati, Romae MDLXXXVII. 8.

FRANCISCI TOLETI *commentarii et adnotationes in euangelium Ioannis*, Romae MDLXXXVIII. fol MDXC. 4. Lugduni MDLXXXIX. MDCXIV. 4. Venetiis MDLXXXIX. Brixiae MDCIII. 4. qui laudantur non solum a pontificiis; sed etiam a lutheranis ac reformatis, vt opus variae eruditionis:

FRANCISCI AGRICOLAE *commentarius in euangelium Ioannis*, Coloniae MDXCIX. 8.

SERAPHINI CAPPONI *commentarius in euangelium Ioannis*, Venetiis MDCIV. 4.

BENEDICTI PERERII *disputationes super euangelium Ioannis*, duabus partibus, quarum priore continentur *disputationes super priora nouem capita*, Lugduni MDCVIII. 4. posteriore *super reliqua*, ibidem MDCX. 4.

FRANCISCI DE RIBERA *commentarius in euangelium Ioannis*, Lugduni MDCXXIII. 4. qui post mortem eius lucem

---

* COLOMESII *bibliotheque choisie* p. 431. eiusdem *operum*, a *Fabricio* editorum: SIMONIS *lettres choisies part.* I. p. III. et *histoire critique des principaux commentateurs du nouueau testament cap.* XXXIX. p. 562. WOLFII *notae in Casauboniana* p. 232 BAELII *dictionaire historique et critique*, voce *Ferus*: ANTONII *bibliothec. hispan. nou. tom.* I. p. 257.

** SIMONIS *histoire critique des principaux commentateurs du nouueau testament cap.* XXXIX. p. 579.

cem adspexit. Explicat auctor verba huius euangelii: recenset diligenter patrum interpretationes, ac qui mos erat illius temporis, de quaestionibus theologicis rebusque controuersis disputat: *

IACOBI IANSONII *commentarius in Ioannis euangelium*, Louanii MDCXXX. 8.

MICHAELIS VASSORIS *paraphrasis in euangelium sancti Ioannis*, gallice Parisiis MDCLXXXIX. 12.

IO. BAPTISTAE COMAZZI *politica et religio, in persona, dictis et factis iesu christi secundum euangelium sancti Ioannis demonstrata*, Nicopoli MDCCVI. 8. ** qui liber, lingua italica conscriptus, non iustum quidem commentarium exhibet; varia tamen capita euangelii Ioannis illustrat:

DOMINICI GVILLAERS *adnotationes in sanctum iesu christi euangelium secundum Ioannem: in sex priora capita euangelii secundum Matthaeum et in tria priora capita secundum Lucam*, Gandaui MDCCXXIV. 4. *** quae post auctoris obitum editae sunt. Inquirit ille diligenter in sensum litterarum ac quae ad eumdem confirmandum illustrandumque pertinent, ea maxime ex scriptura sacra ac veterum ecclesiae doctorum monimentis adfert. *

COMMENTARII IN ACTA APOSTOLORVM

1) *Lutheranorum*

IO. BVGENHAGII *commentarius in acta apostolorum*, Vitembergae MDXXIV. 8. MDCXXIV. 8.

IVSTI MENII *commentarius in acta apostolorum*, Vitembergae MDXXIV. 8.

IVSTI IONAE *adnotationes in acta apostolorum*, Noribergae MDXXIV. 8. Basileae MDXXV. MDLXVII. 8.

FRAN-

* SIMONIS *histoire critique des principaux commentateurs du nouveau testament cap.* XLI. p. 616.

** *acta eruditorum* MDCCVII. p. 548.

*** *samlung von alten vnd neuen theolog. sachen*, 1724. p. 501.

* interpretes euangelii Ioannis recenset diligenter LAMPE *prolegomenis commentar. in Ioannem libr.* II. *cap.* VI. p 247. adde: NIFANII *Ioannis euangelium, commentario illustratum*, vbi etiam notitia illorum suppeditatur.

FRANCISCI LAMBERTI *commentarius in quatuor libros regum et in acta apostolorum*, Argentorati MDXXVI. Francofurti MDXXXIX.

ERASMI SARCERII *scholia in acta apostolorum*, Basileae MDXL. 8. quae copiosum exhibent commentarium:

IOACHIMI CAMERARII *notationes figurarum sermonis in scriptis apostolicis, in libro praxeon et apocalypseos*, Lipsiae MDLVI. 8.

LVCAE LOSSII *adnotationes in acta apostolorum*, Francofurti MDLVIII. fol. duobus voluminibus:

NICOLAI SELNECCERI *commentarius in acta apostolorum*, Ienae MDLXVII. et iterum MDLXXXVI. 8.

GEORG. RAVDII *auslegung der apostelgeschicht*, Francofurti MDLXXIX. fol.

CHRISTOPHORI PELARGI *commentarius in historiam actuum apostolorum*, Francofurti MDXCIX. 8. quae expositio germanice quoque prodiisse dicitur:

DANIELIS ARCVLARII *commentarius in acta apostolorum*, Francofurti MDCVII. 8. Giessae MDCXXII. 4. cura *Balthasaris Mentzeri* editus: *

IO. CANVTI LENAEI *commentarius in acta apostolorum*, qui vna cum eiusdem *commentario in euangelium Ioannis* publicae luci expositus est, Holmiae MDCXL. 4.

IO. TOBIAE MAIORIS *adnotata ad acta apostolorum*, Ienae MDCXLVII. 4. MDCLV. MDCLXVIII. 8.

GEORG. CALIXTI *expositio litteralis in acta apostolorum, quomodo illa olim, quum publice proponeretur, excipi potuit*, post mortem eius studio *Friderici Vlrici*, filii, in lucem edita, Helmstadii MDCLXIII. 4. Perbreuis illa est atque exiguam vtilitatem promittit:

IO. GERHARDI *adnotationes posthumae in acta apostolorum*, quae, auctae *analectis Io. Ernesti Gerhardi*, prodierunt, Ienae MDCLXIX. MDCLXXIV. 4. et vna cum *Danielis Arcularii* et *Io. Canuti Lenaei commentariis in acta apostolorum*, paullo

* GRENII *animaduersion. philologic. et historic. part.* II. p. 109. ARNDII *bibliothec. Mayeri biblica continuata* p 125. Commentarius hic translatus est in HVNNII *thesaurum euangelicum*, a *Feustkingio* editum.

paullo ante a me enarratis, sub titulo: *sancti Lucae euangelistae acta apostolorum, triumuirali commentario augustanae confessionis luminum, theologorum scilicet celeberrimorum, Ioannis Gerhardi, Danielis Arcularii et Io. Canuti Lenaei illustrata*, Hamburgi MDCCXIII. 4. cum *Io. Fechtii* praefatione: *

IOACHIMI LANGII *isagoge generalis et specialis historico-exegetica in acta apostolorum*, quam praebet eiusdem *commentatio historico-hermeneutica de vita et epistolis apostoli Paulli*, Halae MDCCXVIII. 4. quamque et huc non sine omni caussa referri posse, existimo:

IO. ANDREAE GRAMMLICHII *zufällige vnd erbauliche anmerckungen vber die apostolische geschichte, als ein supplement der biblischen geschichte Ios. Halls*, Lipsiae MDCCXXI. 4. quo libro auctor historias, a Luca in actis apostolorum commemoratas, tantum illustrat, eo modo, vt Halli exemplum imitetur: **

IO. GVILIELMI PETERSENII *apostolischer zusammenhang, darinnen das verklärte euangelium so wohl in der apostelgeschicht; als in allen episteln Paulli, Petri, Ioannis, Iacobi vnd Iudae in der connexion, als dem schlussel der wahren exegesis vnd erforschung des sinnes vnd des geistes, beruorleuchtet vnd gezeiget ist*, Francofurti ad Moenum MDCCXXII. 4. vbi auctor more suo falsa dogmata de regno mille annorum, de restitutione omnium, de caelesti humana natura christi atque alia tradit, defendit, commendat; simul tamen ea legere quis potest, quae bona atque vtilia sunt: ***

IO. LVDOVICI LINDHAMMERI *der von dem heiligen euangelisten Luca beschriebenen apostelgeschichte ausführliche erklärung vnd anwendung, darin der text von stuck zu stuck ausgeleget, darauf in erbaulichen anmerckungen zum geistlichen nutzen angewendet, vnd hiernebst mit vnten gesezten philologischen vnd critischen noten erläutert wird*, Halae MDCCXXV.

---

* FISCHERI *vita Gerhardi* p. 430. ALETHAEI *berichte von commentar. vber die schrift part.* III. p. 77.

** LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 813.

*** *ibidem* p. 815. *samlung von alten vnd neuen theolog. sachen*, 1723. p. 780.

MDCCXXV. fol. ac cum additamentis ibidem MDCCXXXIV. fol. Commentarius hic ita elaboratus est, vt inter alios, quibus acta apostolorum itidem explanata sunt, iure principalem locum teneat ac de auctoris iudicio, eruditione atque industria satis testetur; hanc autem ob caussam diligenter commendari debeat. Explicauit ille non solum cuncta, quae ad res atque ad verba pertinent; sed etiam ostendit, quo modo ista ad salutaris cognitionis ac sanctimoniae studia sint adhibenda. Sequutus est exemplum, quod CANSTEINIVS in *der harmonie der euangelisten* praebuit: *

CHRISTOPHORI ALBERTI LOESEKENII *erklärung der apostelgeschicht*, Halae MDCCXXVIII. 4. cuius libri ea est ratio, vt paraphrasis atque analysis adcuratior vna cum explicatione ipsarum rerum, veluti in tabulis, exhibeantur: **

IO. IACOBI RAMBACHII *betrachtungen vber die apostelgeschichte, vormals in gewissen ascetischen stunden auf der vniversitæt Iena vorgetragen*, Francofurti ad Moenum MDCCXLVIII. 4. duabus partibus, cum *Ernesti Friderici Neubaueri* praefatione. Quae opus hoc, post auctoris mortem editum, complectitur, ea maxime sunt moralia atque ad exercitationem vitae piae sanctiorisque spectant: ***

IO. ERNESTI IMMANVELIS WALCHII, filii mei, *dissertationes in acta apostolorum quibus multa antiquitatis sacrae et profanae capita explicantur atque illustrantur*, quae primum separatim luci publicae exposita sunt; postea autem coniunctae tribus voluminibus. Primum eorum in conspectum publicum venit Ienae MDCCLVI. secundum MDCCLIX. ac tertium MDCCLXI. 4.

2) *Reformatorum*

HENRICI BVLLINGERI *commentarius in acta apostolorum*, Tiguri MDXXXIII. MDXXXV. MDXLIV. MDXLVIII. 4. MDXLV. MDLXXXIII. MDXC. fol.

IO.

* *samlung von alten vnd neuen theolog. sachen*, 1727. p. 1132 et 1736. p. 528. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 595 REIMMANNI *accessiones ad catalogum bibliothecae theologicae* p. 196

** *samlung von alten vnd neuen theolog. sachen*, 1731. p. 764.

*** KRAFTII *theologische bibliothec* volum. III. p. 759.

sche auslegung der apostelgeschichte, darinnen a nebmsten kirchenvætern nicht nur der buchstäbli deutlich erklæret; sondern auch die moralien : angeführet werden, Hannoueræ MDCCXII. 4. E multis se probauit; nec mediocrem laudem sib quum illa ita composita est, vt non solum ad v tentiam eorum, quæ Lucas narrauit, adsequer etiam ad vitæ sanctioris exercitationem vtil possit: *

Reflexions morales, auec des notes sur les act et sur l' epitres de saint Paul aux Romains et au Parisiis MDCCXVI. 12.

Le commencement de l' histoire de l' eglise, ou les actes des apotres, auec le texte latin a la ma tes, tirées des peres et des meilleurs commentat MDCCXXXVIII. 12. ** Auctor est benedictinu gatione sancti Vanni et sancti Hydulphi; qui suum omisit. Paraphrasis est perspicua. Qu notæ breuiores sunt, ac licet non singu dæ esse, videantur; de iudicio tamen, erudi gentia scriptoris testimonium præbent. ***

COMMENTARII IN OMNES APOSTOLORVM

1) *Lutheranorum*

NICOLAI HEMMINGII *commentarius i las apostolorum*, Lipsiæ MDLXXII. Vitemberg Francofurti MDLXXIX. Argentorati MDLXXX quam auctor expositiones epistolarum apostol sis temporibus separatim iuris publici fecerat,

* ALETHAEI *berichte von commentariis vber die J* p. 367. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p.

** *memoires de Treuoux* MDCCXXXIX. *iun.* p. 12 *erruditor. supplement. tom.* VI. p. 399. *samlung von theolog. sachen*, 1741. p. 434.

*** commentarios in *acta apostolorum*, oblata occasi SAGITTARIVS *introductione in historiam ecclesiastic* BRICIVS *salutari luce euangelii cap.* V. p. 71. (vberior.

* editiones has recenset LE LONG *bibliothec. sacr.*

dam modo commentariis adnumerari queat. Compositum id est erudite pieque ac merito laudatur:

CAROLI MARIAE DE VEIEL *acta sanctorum apostolorum, ad litteram explicata*, Londini MDCLXXXIV. 8. Verborum sententiam auctor perspicue declarat notisque, quae ex theologia pariter ac philologia sacra profanaque sumtae sunt, egregie illustrat. Nonnumquam explicationis vindicias adiungit ac quum a re principali digreditur, varia argumenta enarrat: *

IO. PEARSONII *annales Paullini et lectiones in acta apostolorum*, quibus priora octo capita tantum illustrata sunt: **

PETRI KEVCHENII *adnotata in acta apostolorum*, quae cum eiusdem *adnotatis in quatuor euangelistas*, Amstelodami MDCLXXXIX. MDCCIX. 4. lucem viderunt et iam antea a me enarrata sunt:

GERBRANDI VAN LEEVWEN *paraphrasis et commentarius in acta apostolorum*, qui prodiit primum belgice Amstelodami MDCCIV. et iterum MDCCXXIV. 8. duobus voluminibus: deinde germanice sub titulo: *die geschichte der heiligen apostel, wie selbige der euangelist Lucas beschrieben, in einer erlaeuterung vnd erklaerung zuerst vorgestellet vnd darnach ferner mit nöthigen vnd aus der antiquitaet hergeholten anmerckungen bereichert*, Bremae MDCCVIII. 4. qui liber eruditus est ac lectione dignus. Exhibetur paraphrasis, ac quae ibi non satis perspicue atque adcurate dicta sunt, ea adiectis notis vberius illustrantur: ***

EDVARDI WELLS *paraphrasis et notae in acta apostolorum*, anglice, Londini MDCCIX. 4.

THOMAE PYLE *paraphrase with some notes on the acts of the apostles and vpon all the epistles of the new testament*, Londini MDCCXXV. 8 Quas auctor addidit, notae sunt breuiores; nec multum lucis adferunt: *

* *acta eruditorum* MDCLXXXVI. p. 504.

** exstant in eiusdem *operibus posthumis*, quae Londini MDCLXXXVIII. 4. in lucem prodierunt, p. 27.

*** LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 810.

* BAVMGARTENII *nachrichten von merckwürdigen büchern* volum. x. p. 382.

IOANNIS PLEVIER *handelingen der heylige apostelen beschreeuen door Lukas, ontleedt, verklaardt en tot het oogmerk toegepast*, Vltraiecti MDCCXXV. ac cum emendationibus ac cessionibusque MDCCXXXIV. 4. quatuor partibus. Locum sibi fecit opus hoc inter commentarios in *acta apostolorum* qui egregii sunt ac multum laudantur. Complectitur illud introductionem in librum hunc diuinum: analysin singulorum capitum atque adcuratiorem explicationem rerum ac verborum: *

RICHARDI BISCOE *the history of the acts of the holy apostles confirmed*, Londini MDCCXLII. 8. duobus voluminibus: germanice interprete *Friderico Eberhardo Rambachio*, sub titulo: *erlæuterung der apostelgeschichte aus den weltgeschichten vnd alterthümern, als ein erweis von der wahrheit der christlichen religion*, Magdeburgi MDCCLI. 4. Liber est eruditus, quo multa, a Luca enarrata, ex historiarum atque antiquitatum monimentis egregie illustrantur.

Reformatis actorum apostolicorum interpretibus adiungo PHILIPPVM A LIMBORCH, Arminii adseclam. Exstat illius *commentarius in acta apostolorum et in epistolas ad Romanos et ad Ebræos*, editus Roterodami MDCCXI. fol. ac belgice, ibidem MDCCXV. 4. A criticorum et grammaticorum minutiis auctor abstinuit curasque maxime in eo posuit, vt sensum rerum erueret: vbi obtulit se occasio, dogmata explanaret ac speciatim ostenderet, veram esse religionem nostram christianam. **

2) *Pontificiorum*

IO. GAGNAEI *scholia in quatuor euangelia et actus apostolorum*, ex præcipuis Græcorum ac Latinorum scriptis selecta, Parisiis MDLII. fol. et 8. ibidem MDLVI. MDCXXXI. MDCLX. Antuerpiæ MDLIX. 8.

FELICIANI CAPITONIS *explicatio in acta apostolorum et epistolas canonicas*, Venetiis MDLXI. 8.

TVLLII CRISPOLDI *commentaria in acta apostolorum*, Firmi MDXC. 4.

THOMAE

* LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 811.

** CLERICI *bibliotheque choisie part.* XXIII. p. 1. *vnschuldige nachrichten*, 1711. p. 98. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 596.

THOMAE STAPLETONI *antidota apostolica, in acta apostolorum et in epistolam ad Romanos et binas ad Corinthios*, Antuerpiæ ab anno MDXCV. ad annum MDXCVIII. 8. tribus voluminibus: *

IO. LORINI *commentarius in actus apostolorum*, Lugduni MDCV. et auctior MDCIX. Coloniæ MDCXVII. MDCXXI. fol.

CASPAR. SANCTII *commentarius in actus apostolorum*. Accessit *disputatio de Iacobi et Paulli apostolorum in Hispaniam aduentu*, Lugduni MDCXVI. Coloniæ MDCXVII. 4. **

ANTONII PEREZII *commentarius in actus apostolorum et in epistolam Paulli ad Romanos*, Lugduni MDCXXVI. 4.

IO. STEPHANI MENOCHII *historia sacra de actibus apostolorum*, Romæ MDCXXXIV. 4.

ARTHVRI PITSEI *obseruationes catholicæ in euangelia et actus apostolorum, contra hæreticos nostri temporis*, Antuerpiæ MDCXXXVI. 4.

ALOYSII NOVARINI *actus apostolorum expensi*, Lugduni MDCXLV. fol.

LIBERTI FROMONDI *commentaria in actus apostolorum*, Louanii MDCLIV. 4.

NICOLAI DV BOIS *academicæ lectiones; seu theoreticarum et practicarum quæstionum resolutiones in actus apostolorum*, quarum prima pars prodiit Louanii MDCLXVI. 4.

IO. DE SYLVEIRA *commentaria in acta apostolorum*, Lugduni MDCLXXVIII. fol.

ANTONII MARIAE MICONI *apostolorum acta, iuxta multiplices scripturarum diuinarum sensus priscorumque patrum interpretationes elucidata; seu in acta apostolorum ponderationes*, Geneuæ MDCLXXXI. fol.

ANTONII ARNALDI et ISAACI LVDOVICI LE MAITRE DE SACY *notæ in acta apostolorum*, gallice sæpiusque editæ, Parisiis, Lugduni, Amstelodami, Antuerpiæ MDCC. 8. Translatæ illæ sunt in linguam germanicam atque in lucem prodierunt titulo hoc: *exegetische und moralische*

* exstant etiam in eius *operibus*, quæ lucem viderunt Parisiis MDCXX. fol. tribus voluminibus.

** *histoire critique de la republique des lettres tom.* V. p. 243. FABRICII *historia bibliotheca part.* IV. p. 25.

che auslegung der apostelgeschichte, darinnen aus den vornehmsten kirchenvætern nicht nur der buchstæbliche verstand deutlich erklæret; sondern auch die moralien zugleich mit angefuhret werden, Hannoueræ MDCCXII. 4. Expositio hæc multis se probauit; nec mediocrem laudem sibi conciliauit, quum illa ita composita est, vt non solum ad veram sententiam eorum, quæ Lucas narrauit, adsequendam; verum etiam ad vitæ sanctioris exercitationem vtiliter adhiberi possit: *

Reflexions morales, auec des notes sur les actes des apotres et sur l' epitres de saint Paul aux Romains et aux Corinthiens, Parisiis MDCCXVI. 12.

Le commencement de l' histoire de l' eglise, ou paraphrase sur les actes des apotres, auec le texte latin a la marge et des notes, tirées des peres et des meilleurs commentateurs, Parisiis MDCCXXXVIII. 12. ** Auctor est benedictinus ex congregatione sancti Vanni et sancti Hydulphi; qui autem nomen suum omisit. Paraphrasis est perspicua. Quæ accesserunt, notæ breuiores sunt, ac licet non singulæ adprobandæ esse, videantur; de iudicio tamen, eruditione ac diligentia scriptoris testimonium præbent. ***

COMMENTARII IN OMNES APOSTOLORVM EPISTOLAS.

1) *Lutheranorum*

NICOLAI HEMMINGII *commentarius in omnes epistolas apostolorum*, Lipsiæ MDLXXII. Vitembergæ MDLXXVI. Francofurti MDLXXIX. Argentorati MDLXXXIX. fol. Postquam auctor expositiones epistolarum apostolicarum diuersis temporibus separatim iuris publici fecerat, * illæ postea vno

* ALETHAEI *berichte von commentariis vber die schrift part.* VII p. 367. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 813.

** *memoires de Treuoux* MDCCXXXIX. *iun.* p. 1230. *nou. act. erud. supplem. tom.* VI. p. 399. *samlung von alten vnd neuen theolog. sachen*, 1741. p 434.

*** commentarios in *acta apostolorum*, oblata occasione, recensent SAGITTARIVS *introductione in historiam ecclesiasticam* p. 2. ac FABRICIVS *salutari luce euangelii cap.* V. p. 71. cuius notitia est vberior.

* editiones has recenset LE LONG *biblioth. sacr.* p. 770.

vno volumine iunctæ, lucem adſpexerunt. A nonnullis Hemmingius reformatis adnumeratur, quoniam in ſuſpicionem crypto - caluiniſmi venit: *

RVPERTI ERYTHROPILI *theologia apoſtolica et methodica, das iſt, ausſuhrliche vnd ordentliche auslegung der apoſtoliſchen epiſteln*, Goslariæ ab anno MDCXV. 4. quatuor tomis:

AEGIDII HVNNII *theſaurus apoſtolicus, complectens commentarios in omnes noui teſtamenti epiſtolas et apocalypſin Ioannis, nunc primum hac forma editus et nouis, quæ antea deficiebant, commentationibus auctus et locupletatus*, cura *Io. Henrici Feuſtkingii* luci publicæ expoſitus, Vitembergæ MDCCVII. fol. quod opus iam antea recenſui:

IO. GVIL. PETERSENII *apoſtoliſcher zuſammenhang, darinnen das verklærte euangelium ſo wohl in der apoſtelgeſchicht; als in allen epiſteln Paulli, Petri, Ioannis, Iacobi vnd Iudæ in in der connexion, als dem ſchlüſſel der wahren exegeſis vnd erforſchung des ſinnes vnd des geiſtes, beruorleuchtet vnd gezeiget iſt*, Francofurti ad Mœnum MDCCXXII. 4. de quo libro itidem antea iam diſſerui ac iudicaui. Minus complectitur commentarium, qui ad epiſtolas apoſtolorum rite interpretandas multa adiumenta præbeat:

IOACHIMI LANGII *apoſtoliſches licht vnd recht, das iſt, richtige vnd erbauliche erklærung der ſæmtlichen apoſtoliſchen briefe, Paulli, Iacobi, Petri, Ioannis vnd Iudæ*, Halæ MDCCXXIX. fol. qui inter reliquos commentarios, ab auctore conſcriptos, princeps eſt meritoque commendari debet. In iis, quæ ad philologiam ac criticam pertinent, iſte iuſtum modum tenuit: in ſenſum litterarum inquiſiuit breuiter; res autem ipſas ac dogmata, ab apoſtolis tradita, explanauit vberius.

2) *Reformatorum*

HENRICI BVLLINGERI *commentarii in omnes epiſtolas apoſtolorum*, Tiguri MDXXXVII. MDXLIX. MDLVIII. MDLXXXII. MDLXXXVIII. MDCIII. fol.

* vide: MOLLERI *hypomnemata ad Bartholini librum de ſcriptis Danorum*, quæ ſunt in eiusdem *bibliotheca ſeptentrionis eruditi* p. 340.

CONRADI PELLICANI *commentarii in omnes apostolicas epistolas*, Tiguri MDXXXIX. fol. Partem constituunt illi Pellicani commentariorum in libros veteris ac noui testamenti, quorum septem sunt volumina, edita Tiguri ab anno MDXXXII. fol. *

IO. CALVINI *commentarii in omnes epistolas Paulli apostoli atque etiam epistolam ad Ebraeos; nec non in epistolas canonicas*, Geneuae MDLI. fol. **

BENEDICTI ARETII *commentarius in epistolas apostolorum*, Geneuae MDCIII. fol.

DAVID. DICKSONI *commentarius in omnes epistolas apostolorum*, Glascuae MDCXLV. 4. ac cum reliquis eius commentariis, anglice, Londini MDCLIX. fol. qui epistolas breuiter; attamen cum iudicio interpretatus est:

IO. TRAPPII *commentary vpon alle the epistles and the reuelation*, Londini MDCXLVII. 4.

DANIELIS WHITBY *paraphrase and commentary vpon epistles of the new testament*, Londini MDCC. fol. ac postea cum paraphrasi ac commentario in euangelia et acta apostolorum. Exhibet auctor omnium epistolarum paraphrasin: indagat diligenter significandi vim, quae cum vocibus dictionibusque coniuncta est: explicat ea, quae difficiliora atque obscuriora esse videntur. Saepe dissentit ab Hammondo ac Clerico hujusque animaduersiones, quas in illius *nouum testamentum* scripsit, confutat. Praemissae sunt variae praefationes, non solum generatim omnibus epistolis de diuina earum auctoritate religionisque christianae veritate; sed etiam speciatim singularibus litteris de diuersis rebus; praeter has autem, variae adpendices; siue commentationes de certis argumentis sacris ac theologicis accesserunt. Opus est eruditum atque vtile, quod iam antea recensui ac laudaui: ***

THOMAE PYLE *paraphrase with some notes on the acts of the apostles and vpon all the epistles of the new testament*, Lon-

* REIMMANNI *accessiones ad catalogum bibliothec. theol.* p. 176.

** exstant in *operibus* eius, *tom.* VII. Amstelodami MDCLXVII. fol.

*** *actor. eruditor. supplement. tom.* III. p. 412.

Londini MDCCXXV. 8. quem librum iam adduxi. Subiungo: GEORGII BENSONII *paraphrases in epistolas apostolicas*, anglice per partes diuerso tempore editas. Primum lucem viderunt: *a paraphrase and notes on the epistles of saint Paul to Philemon, I. and II. to the Thessalonians, I. to Timothy, to Titus, II. to Timothy. Attempted in imitation of mr. Locke's manner. To which are annexed critical dissertations on seueral subiects, for the better vnterstanding of saint Pauls epistles*, Londini MDCCXXXIV. 4. et iterum MDCCLII. 4. postquam paraphrases, volumine hoc comprehensae, ab anno MDCCXXXI. ad MDCCXXXV. separatim prodierant; postea autem communi titulo coniunctae sunt. Ad varia loca harum epistolarum accesserunt singulares dissertationes: de Paullo apostolo neque enthusiasta; neque homine fraudulento hocque nomine de doctrinae christianae, quam ille professus est, diuinitate: de regno dei: de homine peccati: de inspiratione: de abrogata lege ceremoniali aliaeque. * Post volumen hoc primum in lucem exiit secundum, titulo hoc: *a paraphrase and notes on the seuen commonly called catholic epistles: saint Iames: I. saint Peter: II. saint Peter: saint Iude: I. II. and III. of saint Iohn. Attempted in imitation of mr. Locke's manner. To which are annexed seueral critical dissertations*, Londini MDCCXLIX. 4. MDCCLVI. 4. ** Quas hoc volumen complectitur, paraphrases itidem antea separatim lucem adspexerunt, ab anno MDCCXXXVIII. ad annum MDCCXLIX. Conuersae sunt paraphrases hae in linguam germanicam a *Io. Petro Bambergero* atque editae sub titulo: *paraphrastische erklärung vnd anmerckungen vber einige bücher des neuen testaments*, Lipsiae MDCCLXI. 4. quatuor partibus. ***

3) *Pontificiorum*

IO. GAGNAEI *breuissima et facillima in omnes diui Paulli et canonicas epistolas scholia*, quae quum primum prodiissent,

* BAVMGARTENII *nachrichten von merckwürdigen büchern volum.* VIII. p. 116.

** *ibidem volumin.* X. p. 386.

*** prodiit: PFEIFFERI dissertatio, *qua christus verus deus ex* I. *Ioann.* V, 20. *contra Bensonium demonstratur*, Erlangae MDCCLXIV.

ſent, non ſolum locupletata illa poſtea ſunt ex antiquiſſimis Græcorum auctoribus; ſed etiam breuiora ſcholia in ſeptem epiſtolas canonicas ac Ioannis apocalypſin acceſſerunt. Variæ horum ſcholiorum editiones memorantur, vtpote quæ lucem adſpexerint, Pariſiis MDXLIII. MDXLVII. MDL. MDLXIII. MDCXXIX. MDCXXXIII. 8. Sunt illa ita conſcripta, vt de auctoris eruditione critica ac philologica teſtentur ac comprobent, eum litterarum monimenta græca diligenter legiſſe: *

LANCELLOTI POLITI; ſiue AMBROSII CATHARINI *commentarius in omnes Paulli et canonicas epiſtolas*, Romæ MDXLVI. Venetiis MDLI. Pariſiis MDLXVI. fol.

ANGELI BVONRICCII *chriſtiane et diuote parafraſi ſopra tutte l' epiſtole di ſanto Paolo et le canonice*, Venetiis MDLXV. 4. quæ expoſitiones breuiores non multam quidem eruditionem atque induſtriam oſtendunt; auctor tamen de veritate teſtatus eſt: **

BENEDICTI ARIAE MONTANI *elucidationes in omnia apoſtolorum ſcripta et in apocalypſin*, Antuerpiæ MDLXXXVIII. 8.

GVIL. ESTII *in omnes Paulli et aliorum apoſtolorum epiſtolas commentarius*, quem *Bartholomæus Petrus* poſt mortem illius ad vſum publicum transtulit atque *elucidationes in partem primæ ac ſecundam et tertiam Ioannis* adiecit. Sæpius litteris deſcriptus eſt commentarius hic. Prodiit enim ille in lucem Duaci ab anno MDCXIV. ad MDCXVI. Coloniæ MDCXXXI. Pariſiis MDCXXIII. MDCXL. MDCLIII. MDCLIX. MDCLXVI. ac ſtudio *Iacobi Merlo Horſtii* itidem Pariſiis, MDCLXXIX. fol. Laudatur opus hoc non ſolum a pontificiis; verum ab iis etiam, qui cum iſtis nullam communionem ſacrorum habent; nec ſine cauſſa. Commendat illud auctoris iudicium, eruditionem atque induſtriam. Senſus, quem litteræ præ ſe habent, diligenter inueſtigatur multaque, ad res ipſas illuſtrandas vtilia, adferuntur. Nonnumquam nimis copioſus eſt Eſtius atque ea diſſerit, quæ omnino omitti potuiſſent; præter hæc autem, non omnia, ab apoſtolis

* BAVMGARTENII *nachrichten von merckwürdigen büchern volum.* V. p. 23.

** *nachrichten von einer halliſchen bibliothec volum.* II. p. 104.

ſtolis ſcripta, adcurate recteque explanat. Fuerunt igitur, qui illum, alias laude quidem dignum; attamen reprehenderent atque emendarent: *

ANTONII GODEAV *paraphraſes des epitres de ſaint Paul et des epitres canoniques*, Pariſiis MDCLI. 12. ſex voluminibus: Rothomagi MDCLVII. 12. tribus voluminibus: Lugduni MDCLXXXV. 12. itidem tribus voluminibus. Paraphraſes hæ poſtquam per partes prodierant, coniunctæ illæ poſtea dictis annis lucem adſpexerunt. Scriptæ iſtæ ſunt maxime eo conſilio modoque, vt ad ſtudia atque exercitationem vitæ ſanctioris inſeruiant: **

LVDOVICI FROMONDI *commentarius in omnes epiſtolas Paulli apoſtoli et in ſeptem canonicas aliorum apoſtolorum epiſtolas*, Louanii MDCLXIII. fol. Pariſiis MDCLXXIV. fol.

NATALIS ALEXANDRI *commentarius litteralis et moralis in omnes epiſtolas ſancti Paulli apoſtoli et in ſeptem epiſtolas catbolicas*, Rothomagi MDCCX. fol. duobus tomis, qui mediocris vtilitatis eſt ac dignitatis. Ad inueſtigandum litterarum ſenſum auctor præcipue verſiones antiquas, ſyriacam atque æthiopicam; præter has autem, etiam patres ordinis ſacri conſuluit: ***

4) *Socinianorum*

CONRADI VORSTII, qui ſaltem in ſocinianiſmi ſuſpicionem non falſam venit, *commentarius in omnes epiſtolas apoſtolicas*, exceptis ſecunda ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem et ad Ebræos, Amſtelodami et Harderuici MDCXXXI. 4. Eam rationem commentandi Vorſtius adhibuit, vt ſingulis epiſtolis præmitteret argumentum ac diuiſionem: quoduis caput analyſi, paraphraſi, notis in paraphraſin

* DV PIN *bibliotbeque des auteurs eccleſiaſtiques tom.* XVII. p. 46. SIMON *biſtoire critique des principaux commentateurs du nouueau teſtament cap.* XLIII. p. 640. FABRICII *biſtoria bibliotbec. part.* I. p. 270. BVDDEI *iſagog. ad tbeologiam vniuerſam libr.* II. *cap.* 8. p. 1707. LILIENTHALII *exegetiſcbe bibliotbec* p. 604. WENDLERI *prodromus bibliotbecæ biblicæ* p. 47.

** DV PIN *bibliotbeque des auteurs eccleſiaſtiques tom.* XVII. p. 287.

*** *memoires de Trevoux* MDCCXI. *februar.* p. 205. *iournal des ſauans* MDCCX. *mai.* p. 546.

phrasin ac locis communibus illustraret. In prolegomenis disserit de controuersiis religionis, apostolorum tempore agitatis hacque historia epistolis, praesertim Paulli, lucem adfert. Saepe sententiam scriptorum diuinorum feliciter adsequutus est ac probauit se virum eruditum: *

Verklaring ouer al de brieuen der apostelen, door V. F. en I. H. MDCLXXIX. 4. Explicatio haec composita est a socinianis auctoribus, quorum nomina ignota sunt: **

SAMVELIS PRZIPCOVII *cogitationes sacrae ad omnes epistolas apostolicas*, quae cum ceteris eius scriptis lucem viderunt, Eleutheropoli; seu potius Amstelodami MDCXCII. fol.

COMMENTARII IN PAVLLI EPISTOLAS, VEL VNIVERSAS; VEL PLERASQVE; VEL NONNVLLAS CONIVNCTIM EDITI.

1) *Lutheranorum*

IO. BVGENHAGII *adnotationes in epistolas ad Galatas, Ephesios, Philippenses, Colossenses, Thessalonicenses, Timotheum, Titum, Philemonem et Ebraeos*, Argentorati MDXXIV. Basileae MDXXV. MDXXVII. 8. ***

GEORGII MAIORIS *enarrationes epistolarum Paulli*, cum praemissa *vita Paulli*: *

NICOLAI SELNECCERI *in omnes epistolas Paulli apostoli commentarius plenissimus*, Lipsiae MDXCV. fol. qui non contemnendus est. Praemisit auctor singulis epistolis earumque capitibus argumenta: quae scripserunt apostoli, ea per scholia illustrauit ac denique locos communes subiunxit, vti mos temporis illius erat: **

TILEMANNI HESHVSII *commentarius in omnes epistolas Paulli*, Muhlhusae MDCIV. Lipsiae MDCV. fol.

EILHARDI LVBINI *exercitationes theologicae in minores omnes sanctorum iesu christi apostolorum, Paulli ad Galatas, Ephesios,*

* FABRICII *historia bibliothec. part.* III. p. 356. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 820.

** LILIENTHALIVS *dicto loco* p. 821.

*** FABRICII *historia bibliothec. part.* VI. p. 398.

* exstant in eius *operum tomo* I. Vitembergae MDLXIX. fol.

** LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 597.

Ephesios, Philippenses, Colossenses, Thessalonicenses, Timotheum, Titum, Philemonem, Iacobi, Petri, Ioannis et Iudae epistolas, Rostochii MDCX. 4. Commentarii hi merito magnam eorum existimationem habent, qui periti iustique huiusmodi librorum iudices sunt. Comprehendunt adparatum rerum eruditarum mirumque hanc ob caussam est, eos non saepius adduci ac laudari: *

GEORGII WEINRICHII *commentarii in epistolas Paulli*, qui quum separatim prodiissent, ad *Romanos* MDCVIII. ad *Corinthios* et *Galatas* MDCX. ad *Ephesios* MDCXIII. ad *Colossenses*, *Philippenses*, *Thessalonicenses*, MDCXV. ad *Timotheum* MDCXVIII. illi postea, quibusdam voluminibus iuncti, in conspectum publicum venerunt, Lipsiae MDCXX. MDCLXX. 4.

GEORGII ANDREAE FABRICII *analysis logico-topica Paullinarum et reliquarum epistolarum, quae in sacro codice habentur, vt et apocalypseos Ioannis*, quae est in eius *catena apostolica*, Lipsiae MDCXXXIV. MDCXXXIX. fol.

FRIDERICI BALDVINI *commentarius in omnes epistolas apostoli Paulli, in quo praeter analysin, explicationem et paraphrasin textus, multiplices commonefactiones ex textu eruuntur, tum variis quaestionibus controuersis fundamenta sanae doctrinae monstrantur*, cuius multae editiones prodierunt. Lucem ille vidit Francofurti MDCXLIV. 4. Vitembergae MDCLV. fol. Francofurti MDCLXIV. 4. MDCLXXX. 4. MDCXCI. fol. MDCC. fol. MDCCX. fol. Antea commentarius hic sub diuersis titulis ac per partes editus est, Vitembergae ab anno MDCVIII. vsque ad annum MDCXXX. in epistolam ad *Ebraeos* nimirum MDCVIII. ad *Romanos* MDCXI. et MDCXX. in vtramque ad *Corinthios* MDCXX. ad *Ephesios* MDCXX ad *Galatas* MDCXXII. ad *Philippenses* MDCXXIII. ad *Colossenses* MDCXXIV. ad *Thessalonicenses* MDCXXVII. ad *Timotheum, Titum. Philemonem* MDCXXX. Iam memoratae multae editiones testantur, opus hoc comparasse sibi existimationem non mediocrem. Nec diffitendum est, auctorem ad illud con-

* FECHTIVS *oratione, quo modo studium exegeticum in academia rostochiensi fuerit excultum*, quae SCHOMERI *commentariis in epistolas Paulli minores* addita est: LILIENTHALIVS in *der exegetischen bibliothec* p. 844.

conficiendum magnam industriam adhibuisse multaque loca epistolarum Paulli bene illustrasse. Attamen copiosior est saepe in rebus moralibus et controuersiis enarrandis; quam in iis, quae critica sunt ac philologica. Accessit index amplissimus, a *Io. Oleario* compositus; qui autem paruae vtilitatis est: *.

IO. QVISTORPII *commentarius in epistolas Paulli*, Rostochii MDCLII. 4. cuius partes in singulares epistolas easque minores, ad *Ephesios*, *Philippenses*, *Colossenses*, *Galatas*, *Titum*, *Timotheum*, *Philemonem*, antea ab anno MDCXXXVI. separatim editae fuerunt. Multa in illis insunt, quae apostoli sententias bene ac feliciter illustrant:

GEORGII CALIXTI *expositiones litterales in epistolas ad Romanos*, *ad Corinthios priorem et posteriorem*, *ad Galatas*, *ad Ephesios*, *ad Philippenses*, *ad Colossenses*, *ad Thessalonicenses priorem et posterioris primum caput et aliquot versus secundi* et *ad Titum*, quae omnes prodierunt Helmstadii ab anno MDCLXIV. ad annum MDCLXVI. 4. Sunt illae quidem breuiores; attamen nonnumquam exhibent erudite ac feliciter dicta, quae apud alios interpretes non habentur: **

CRISTIANI CHEMNITII *commentariolus in omnes epistolas Paulli*, post mortem eius editus cura *Io. Ernesti Gerhardi*, Ienae MDCLXVII. MDCLXXVI. 4. qui non magnum momentum habet: ***

IVSTI CHRISTOPHORI SCHOMERI *exegesis in epistolas Paulli ad Romanos et vtramque ad Corinthios*, quam *Io. Fechtius* edidit eique non solum praefationem; sed etiam vitam auctoris adiecit, Rostochii MDCXCIX. MDCCV. 4. *exegesis in omnes epistolas Paulli minores*, *ad Galatas*, *ad Ephesios*, *ad Philippenses*, *ad Colossenses*, *vtramque ad Thessalonicenses*, *vtramque ad Timotheum*, *ad Titum*, *ad Philemonem*, itidem cura *Io. Fechtii* ac cum eiusdem praefatione et, quae additae sunt, duabus orationibus de sacrarum litterarum studio, in academiis

* ARNDII *bibliotheca biblica Mayeri continuata* p. 129. ALETHAEI *berichte von commentariis vber die schrift* part. II. p. 242. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 598.

** FABRICII *historia bibliothec.* part. IV p. 53.

*** LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 815.

demiis exculto, Roſtochii MDCC. MDCCVI. 4. Commentarii hi breuiores, perſpicui atque ita conſcripti ſunt, vt maxime tironibus in ſtudio interpretationis ſacræ vtilitatem adferant: *

SEBASTIANI SCHMIDII *commentarii in epiſtolas Paulli ad Romanos, Galatas et Coloſſenſes, vna cum paraphraſi epiſtolæ prioris ad Corinthios, vtriusque ad Theſſalonicenſes, prioris ad Timotheum, epiſtolæ ad Philemonem et cantici Mariæ*, Hamburgi MDCCIV. 4. Commentationes ac paraphraſes, quæ volumine hoc continentur, quum ſeparatim in lucem exierunt, ſigillatim eas poſtea recenſebo, eo ordine, vt ſingulas ad proprium locum referam: **

IO. DAVID. MICHAELIS *paraphraſes vnd anmerckungen vber die briefe Paulli an die Galater, Epheſer. Philipper, Coloſſer, Theſſalonicher, den Timotheus, Titus vnd Philemon*, Gœttingæ MDCCL. 4. qui liber, erudite atque adcurate conſcriptus, merito laudari ac commendari debet. Paraphraſes ſunt breues ac perſpicuæ: notæ non vulgares; ſed ſelectæ ac ſæpe ea exhibent, quæ alii interpretes neglexerunt. ***

2) *Reformatorum*

IO. CALVINI *commentaria in omnes Paulli epiſtolas atque etiam in epiſtolam ad Ebræos*, Argentorati MDXXXIX. Geneuæ MDXLVIII. 4. ibidem MDLI. MDLVI. MDC. MDCXVII. fol. quæ in gallicum quoque ſermonem conuerſa et itidem ſæpius edita ſunt. Vti in reliquis commentariis; ita in his præcipue ingenium ac iudicium elucet, quo præditus fuit Caluinus. Multa dedit ille ſpecimina boni interpretis, maxime in iis, quæ in epiſtolam ad Romanos ſcripſit: *

WOLF-

* *noua litterar. mar. balthici* MDCXCIX. *ſeptembr.* p. 257. MDCC. *mai.* p. 130. MDCCI. *auguſt.* p. 226. ALETHAEI *berichte von commentariis vber die ſchrift part* III. p. 113. FABRICII *hiſtoria bibliothec. part.* V. p. 332. LILIENTHALII *exegetiſche bibliothec* p. 818. ARNDII *bibliotheca biblica Mayeri continuata* p. 130.

** ALETHAEI *berichte von commentariis vber die ſchrift part.* II. p. 275.

*** *acta erudítor.* MDCCL. p. 152. KRAFTII *theolog. bibliothec volum.* IV. p. 769.

* SIMONIS *hiſtoire critique des principaux commentateurs du nouveau teſtament cap.* L. p 748. LILIENTHALII *exegetiſche bibliothec* p. 599. Extant *commentaria* hæc in CALVINI *operum tomo* VII. quæ prodierunt Amſtelodami MDCLXVII. fol.

WOLFGANGI MVSCVLI *commentarii in epistolas Paulli*, qui per partes prodierunt ac postquam primam lucem adspexerant, iterum litteris descripti sunt: nimirum commentarius in *epistolam ad Romanos*, Basileae MDLV. MDLXXII. fol. in eamdem et vtramque *ad Corinthios*, ibidem MDLIX. MDLXII. MDLXXXII. MDC. MDCXI. fol. in *epistolas ad Galatas et Ephesios*, ibidem MDLXI. MDLXIX. fol. in *epistolas ad Philippenses*, *Colossenses*, *Thessalonicenses* et in *primam ad Timotheum*, ibidem MDLXV. MDLXXVIII. MDXCV. fol. Celebris est Musculus inter scripturae sacrae interpretes ac quos reliquit, commentarii, inprimis in epistolas Paulli, non sine caussa laudantur. In sensu litterali recte inuestigando operam posuit: versiones atque aliorum expositiones hanc in rem consuluit simulque dogmata, ab apostolo tradita ac quae ad vitam, recte instituendam, pertinent, persequutus est atque illustrauit: *

ANDREAE HYPERII *commentarii in Paulli epistolas*, Tiguri MDLXXXIII. fol. qui, vti reliqua auctoris scripta, erudite atque vtiliter composita, apud viros doctissimos nostra quoque aetate in existimatione ac laude sunt: **

IACOBI LAVRENTII *sanctus apostolus Paullus δυσνόητος, hoc est, explicatio locorum difficilium in epistolis Paullinis*, Amstelodami MDCXLII. 4. *** qui liber non iustum ac plenum commentarium exhibet hancque ob rem quodam tantum modo locum hunc tueri potest: *

PETRI DE LAVNAY *paraphrase et exposition sur les epistres saint Paul*, Carentonii MDCL. 4. Opus hoc locum obtinuit inter scripta, quae non solum rariora sunt; sed etiam praestantiora. Nonnulli certe auctorem optimis scripturarum sacrarum interpretibus adnumerant: **

IO. CROCII *commentarius in epistolas Paulli minores*, ad Galatas, Ephesios, Philippenses, Thessalonicenses, Timotheum,

* FABRICII *historia bibliothecae part*. I. p. 350. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 601.

** *ibidem* p. 602.

*** LE LONG *bibliothec. sacr.* p. 823. memorat editionem anni MDCXXIV. fol.

* LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 1094.

** VOGTII *catalogus librorum rariorum* p. 400.

theum, Titum et Philemonem, cura filii *Io. Georgii Crocii* editus, Marpurgi MDCLXIII. Caſſellis MDCLXXX. fol. duobus voluminibus. Litteris ad Galatas additæ ſunt diſſertationes de *libertinorum hæreſi*. Explicat auctor epiſtolas atque oſtendit, qualis ſit illarum ſenſus litteralis; maxime autem pertractat dogmata opusque ea ratione compoſitum eſt, vt iis præſertim vtilitatem adferat, qui ad diſputationes; vel ad orationes ſacras ſe conferunt, vbi quidem ad vſum iſtius iudicium adhibeatur: *

IO. HENRICI HEIDEGGERI *labores exegetici in Ioſuam, Matthæum, epiſtolas Paulli ad Romanos, Corinthios et Ebræos*, Tiguri MDCC. 4. Poſt auctoris mortem *labores* hi lucem viderunt. Quales ſint ſingulorum librorum ac capitum partes, diligenter oſtenditur. Loca difficiliora breuiter illuſtrantur aliorumque, veterum ac recentiorum, ſententiæ adducuntur: **

ABR. WOODHEAD, RICHARD. ALLESTRY, OBAD. WALCKER *paraphraſe vpon all the epiſtles of ſaint Paul*, Londini MDCCVIII. 8. Librum hunc eumdem; locupletatum tamen, eſſe ſuſpicor cum eo, qui ſine mentione auctoris prodiit ſub titulo: *a paraphraſe and annotations vpon all the epiſtles of ſaint Paul*, Oxonii MDCLXXXIV. MDCCII. 8. Tribuitur ille IO. FELLO; qui autem ſcripta eius diligenter enarrant, nullam iſtius mentionem faciunt: ***

IO. LOCKII *paraphraſe and notes on the epiſtles of ſaint Paul to the Galatians, I. and II. to the Corinthians, to the Romans and to the Ephesians*, Londini MDCCIX. MDCCXXXIII. 4. Quæ volumine hoc continentur, paraphraſes poſt auctoris obitum ſeparatim prodierunt, eæque in *epiſtolam ad Galatas*, MDCCV. in vtramque *ad Corinthios*, MDCCVI. *ad Romanos et Epheſios*, MDCCVII. Coniunctæ illæ ſunt poſtea nouo ac communi titulo, quem memoraui; non autem denuo litteris deſcriptæ.

* FABRICII *hiſtor bibliothec. part.* I. p 351. LILIENTHALII *exegetiſche bibliothec* p. 603.

** BERNARDI *nouuelles de la republique des lettres* MDCCI. *ſeptembr.* p 338.

*** vide: WOOD *Athen. oxonienſ. volum.* II. p. 933.

ſcriptæ. Quando enim inſcriptio *ſecundam editionem* præfert, fictum hoc eſt ab iis, quorum ſumtu liber in lucem exiit vt aliis fucum facerent iſtique maiorem exiſtimationem conciliarent. Præmiſſa eſt commentatio de obſcuritate epiſtolarum Paulli deque illis, ex ipſo Paullo explicandis huiusque ope intelligendis. Exhibetur dictarum epiſtolarum paraphraſis, cum præmiſſa cuiusque ſynopſi de occaſione ac ſcopo illius, ac quæ Lockio non perſpicua ſatis viſa ſunt, ea additi notis illuſtrantur. Alia in illis lucem omnino adferunt ac laudari debent: alia complectuntur ſingulares interpretationes ac ſententias, quæ non omnibus ſe probant. Nec dubium eſt, ſi Lockius, vti philoſophiæ; ita hiſtoriarum quoque ac linguarum ſtudiis eruditus, ad opus hoc perpoliendum acceſſiſſet, illum maiorem conſequuturum fuiſſe locum inter ſacrarum litterarum interpretes. Se prætera a prauis ſocinianorum dogmatibus non plane alienum eſſe, haud obſcure ſignificauit: *

EDVARDI WELLS *help for the clear vnterſtanding of the epiſtles of ſaint Paul,* Londini MDCCXV. 8. ** quo libro continetur paraphraſis, cum notis coniuncta, in Paulli epiſtolas ad Epheſios, Coloſſenſes, Philippenſes, Timotheum, Titum ac Philemonem: ***

SALOMONIS VAN TIL *commentarius in quatuor Paulli epiſtolas, nempe priorem ad Corinthios, Epheſios, Philippenſes ac Coloſſenſes,* Amſtelodami MDCCXXVI. 4. quem poſt auctoris obitum *Daniel Bedberus* in publicam lucem emiſit. Comprehendit ille analyſin, ab ea, quam TILIVS in *opere* ſuo

' *actor. eruditor. ſupplement. tom.* V. p. 215. CLERICI *bibliotheque choiſie tom.* XIII. p. 38. 74. 84. 99. 106. 155. BAVMGARTENII *nachrichten von merckwürdigen buchern volum.* VIII. p. 110. *vnſchuldige nachrichten,* 1705. p. 316. 1707. p. 626. BERNARDI *nouuelles de la republique des lettres* MDCCV. *april* p. 448. A me, præſide, habita eſt diſſertatio de *obſcuritate, epiſtolis Paulli falſo tributa,* contra Lockium, Ienæ MDCCXXXII.

* LE LONG recenſet *bibliothec. ſacr.* p. 1016. eiusdem auctoris *paraphraſin omnium epiſtolarum Paulli,* anglice, Londini MDCCXIV. 8. veluti diuerſam ab adducto eius libro.

** *vnſchuldige nachrichten,* 1715. p. 1085.

suo *analytico* dedit, plurimum diuersam, ac praeter hanc, scholia, ex Beza, Cocceio, Knatchbullo atque aliis collecta, vbi multa sunt, quae verba ac sententias Paulli egregie illustrant. Praemissa est dissertatio de *primi seculi aduersariis, sincerioris euangelii hostibus*, atque additae sunt: *ecloga chronologica* ac dissertationes quinque, quarum prima exponitur de *neomeniis iudaicis aetate christi, non ex cyclis vitiosis; sed lunae Φάσει definitis*: secunda de *annis ministerii christi, ab vltimo vitae eius excludendis*: tertia de *anno vitae christi in terris vltimo, cum anno aerae vulgaris XXIX. non componendo*: quarta de *anno aerae vulgaris XXX. cum anno vitae christi vltimo non componendo* ac quinta de *anno vitae christi vltimo, non nisi cum anno aerae vulgaris XXXIII. componendo*: *

IACOBI PEIRCII *paraphrase and notes on the epistles of saint Paul to the Colossians, Philippians and Ebrews, after the manner of mr. Locke*, Londini MDCCXXXIII. 4. Paraphrasin hanc auctor eo consilio scripsit atque euulgauit, vt quam antea recensui, Lockii interpretationem quarumdam Paulli epistolarum continuaret, eiusdemque rationem, dictas litteras illustrandi, sequutus est. Attamen notae illius sunt longiores ac maiorem eruditionem, maxime philologicam, ostendunt. Partes, quibus opus hoc constat, separatim prodierunt: primum paraphrasis epistolae *ad Colossenses*, MDCCXXV. iterum MDCCXXIX. deinde *ad Philippenses*, MDCCXXV. MDCCXXXIII. ac denique *ad Ebraeos*, MDCCXXVII. MDCCXXXIV. quam vltimam paraphrasin quum Peircius non absoluisset, ad illam perficiendam IOSEPHVS HALLETTVS iunior manus admouit; nec solum in tria vltima capita commentatus est; verum etiam dissertationem adiecit de auctore epistolae ad Ebraeos deque lingua, qua illa fuerit exarata. ** Variae praeterea dissertationes adiunctae sunt, quibus Peircius selectiora codicis sacri dicta explanauit: ***

HIERONYMI VAN ALPHEN *specimina analytica in epistolas Paulli quinque, ratione ordinis temporis, quo scriptae sunt*

* *acta eruditorum* MDCCXXVIII. p. 282.

** in latinum sermonem conuertit illam WOLFIVS, ac transtulit in *curarum philologic. et criticar tomum* III. p. 806.

*** BAVMGARTENII *nachrichten von merckwürdigen büchern* volumin. VIII. p. 113.

ſunt, priores, Traiecti ad Rhenum MDCCXLII. 4. Enarrau auctor epiſtolas ad Theſſalonicenſes, priorem ac poſteriorem ad Galatas atque vtramque ad Corinthios, eo modo, vt qu ad hiſtoriam harum litterarum pertinent, illa docte ac dili genter illuſtrentur. Expoſuit de ſingularum auctore, occa ſione, loco, tempore: de iis, ad quos ſunt ſcriptæ, dequ aliis rationibus eaque diſſeruit, quæ ipſis epiſtolis lucem adferunt. *

3) *Pontificiorum*

IACOBI FABRI *commentarius in epiſtolas Paulli*, Pariſiis MDXII. MDXV. MDXXXI. Baſileæ MDXXVII. fol. Coloniæ MDXXXI. 4. Antuerpiæ MDXL. 8. Præmiſſa eſt *apologia, quod vetus interpretatio epiſtolarum Paulli, quæ paſſim legitur, non ſit tralatio Hieronymi.* Laudatur commentarius hic ob variam eruditionem auctorque inter ſcripturæ ſacræ interpretes pontificios, qui vtiliores expoſitiones compoſuerunt, iure locum tenet: **

CLAVDII GVILLIAVDI *collationes in omnes epiſtolas Paulli*, Lugduni MDXLII. 4. auctiores et emendatiores, ibidem MDXLIII. 4. Pariſiis MDL. 8. Singularum epiſtolarum ſententias auctor explanat: quomodo dicta, quæ inter ſe pugnare videntur, coniungenda ſint, oſtendit ac dictiones obſcuriores illuſtrat:

IO. ARBOREI *commentarius in omnes Paulli epiſtolas*, Pariſiis MDLIII. fol. quo ſenſus litteralis diligenter inueſtigatur; ſimul autem, vti mos illius temporis erat, variæ quæſtiones, ad dogmata ac controuerſias ſpectantes, pertractantur, ea ratione, vt iſte laudem eruditi atque vtilis commentarii ſibi conciliauerit: ***

ADAMI SASBOVTI *commentarius in epiſtolas Paulli*, non omnes; pleraſque tamen, nimirum ad Romanos, ad Galatas, ad Epheſios, ad Philippenſes, ad Coloſſenſes, ad Timotheum, ad Titum, vna cum commentario in maiorem partem

---

* *acta eruditor.* MDCCXLIV. p. 54.

** SIMON *hiſtoire critique des principaux commentateurs du nouveau teſtament cap.* XXXIV. p. 488.

*** DV PIN *bibliotheque des auteurs eccleſiaſtiques tom.* XIV. p. 40.

tem epiſtolæ ad Ebræos, in ſecundam Petri atque in epiſtolam Iudæ, Antuerpiæ MDLXI. 8. Sequutus eſt auctor breuiorem interpretandi rationem: collegit multa ex monimentis patrum græcorum ac latinorum ac quæ tradidit, ea magis ad quæſtiones theologicas; quam ad exegeſin ac philologiam pertinent: *

BENEDICTI IVSTINIANI *explanationes in omnes Paulli epiſtolas*, Lugduni MDCXII. MDCXIII. fol. duobus voluminibus. Præmiſſa ſunt prolegomena de apoſtolorum munere: de eorumdem epiſtolis ac ſpeciatim de Paullo apoſtolo. Præbuit ſe Iuſtinianus interpretem eruditum, peritum litterarum ſacrarum ac copioſum. Illuſtrat ille textum paraphraſi: ſubiungit notas non contemnendas: adfert patrum ſententias; in rebus autem criticis non multum verſatur. Semper fere *explanationes* hæ in exiſtimatione fuerunt ac honore: **

IO. GORCOMII *epitome commentarii Guil. Eſtii et Cornelii a Lapide in omnes Paulli epiſtolas*, Antuerpiæ MDCXIX. 8. eademque ſub titulo: *medulla Paullina*, Pariſiis MDCXXIII. 8.

CORNELII A LAPIDE *commentaria in omnes diui Paulli epiſtolas*, Antuerpiæ MDCXIV. MDCXVII. MDCXXII. MDCXXVII. MDCXXXIII. MDCLVI. MDCLXV. MDCLXXIX. Pariſiis MDCXXI. MDCXXV. MDCXXXI. MDCXXXVIII. Lugduni MDCXLIV. MDCLXXXIII. fol. Supra interpretis huius commentarios in libros vtriusque fœderis, coniunctim editos, percenſui ac qualis eorum ſit dignitas, memoraui; iam autem commentarii in epiſtolas Paulli ſingularem mentionem facio, quoniam ille ſeparatim ſæpius in lucem exiit. Maiorem in eo induſtriam ac facultatem iudicandi monſtrauit a Lapide; quam in reliquis commentariis, ab eodem conſcriptis: ***

GEORGII AMBIANATIS *trina Paulli theologia, poſitiua, moralis et myſtica; ſeu omnigena in vniuerſas Paulli epiſtolas* com-

* commentarius hic locum obtinuit in SASBOVTI *operibus*, Coloniæ Agrippinæ MDLXVIII. MDLXXI. MDCVIII. fol. editis: confer: DVPIN *bibliotheque des auteurs eccleſiaſt. tom.* XVI. p. 2.

** SIMON *dicto loco cap* XLII. p. 633.

*** LILIENTHALII *exegetiſche bibliothec* p. 606.

ommentaria *exegetica, tropologica et anagogica*, Parisiis ab anno MDCLIX. ad annum MDCLXIV. fol. tribus voluminibus:

BERNARDINI A PICONIO *epistolarum Paulli apostoli triplex expositio*, Parisiis MDCCIII. fol. Tres sunt partes expositionis huius. *Prima* continet analysin capitis cuiusque: *secunda* paraphrasin, quam auctor ita composuit, vt non plura diceret; quam Paullus cogitauerit, ac *tertia* commentarium; siue interpretationem eorum, quae obscura sunt. Praefatus est auctor non solum generatim de epistolarum Paulli ordine; sed etiam speciatim ad singulas de illarum occasione, scopo, argumento aliisque rebus. * Operis huius compendium lingua gallica in lucem exiit, Parisiis MDCCVI. 12. tribus voluminibus ** et iterum ibidem MDCCXIV. 8. quatuor voluminibus: ***

ANTONII REMY *Paullus elucidatus; siue commentarius paraphrasticus in omnes epistolas Paulli*, Augustae Vindelicorum MDCCXXXIX. 4. * liber neque magnae eruditionis; neque vtilitatis. Auctor, ex pontificiorum ordine, effata Paulli, quae falsis dogmatibus ecclesiae romanae aperte repugnant, praue interpretatur, ne istis obstare videantur, quumque ineptam saepe probandi rationem adhibet, se non multum iudicio valere, ostendit. **

OMMENTARII IN PAVLLI EPISTOLAM AD ROMANOS

1) *Lutheranorum*

PHILIPPI MELANCHTHONIS *adnotationes in epistolas Paulli ad Romanos et Corinthios*, MDXXII. 4. Praefationem scripsit *Lutherus* eaque testatus est, se notas has, inscio Melanchthone, edidisse, quum ab eo haud impetrare potuerit

-V

* *acta eruditorum* MDCCV. p. 476. *iournal des sauans* MDCCIV. *ianuar.* p. 76.
** *memoires de Treuoux* MDCCVII. *mart.* p. 467. *iournal des sauans* MDCCVII. *mart.* p. 437.
*** *memoires de Treuoux* MDCCXV. *iun.* p. 929.
* *nouor. actor. supplement. tom.* IV. p. 148.
** edidit WENDLERVS *prodromum bibliothecae biblicae perfectioris, exhibentem historiam criticam commentatorum in epistolas Paullinas*, Ienae MDCCXXI. 8. qui diligentiam quidem non mediocrem; debitam autem adcurationem minus semper probauit.

vt ipse ad vsum publicum istas transferret. * Saepius adnotationes hae litteris descriptae atque in lucem emissae sunt: Noribergae MDXXII. 4. Argentorati MDXXIV. 8. ad quam editionem accessit *Lutheri praefatio methodica in epistolam ad Romanos, e vernaculo versa* per *Iustum Ionam.* Prodierunt etiam MDXXIV. 8. sine mentione loci, ac sub titulo: *commentarius in epistolam Paulli ad Romanos, post sat bene longam suppressionem boni publici gratia iam primum in lucem editus: idem in tomis Philippicis, hactenus visis, non reperitur*, Francofurti ad Oderam MDCXII. 8. De reliquis editionibus taceo; addo autem *adnotationes* has etiam in sermonem germanicum conuersas esse ac lingua hac iterum iterumque lucem adspexisse. Exstat interpretatio haec sub titulo: *adnotationes Philippen Melanchthons. Verzeichnung vnd kürzliche anzeigung des rechten vnd eigentlichen verstands der epistel, die st. Paullus zu den Raemern geschrieben hat, verdeutscht*, 4. sine nota loci atque anni; refertur autem illa ad annum MDXXII. Alia editio hanc inscriptionem prae se habet: *auslegung der episteln st. Paulli, eine an die Raemer vnd zwo an die Corinther, Philippi Melanchth. gedeutscht durch Ioannem Agricolam, Eislebiensem*, Vitembergae MDXXVII. 8. Interpretatio haec ab ea, quam paullo ante adduxi, diuersa esse videtur. ** Ab *adnotationibus* distingui debet duplex expositio epistolae ad Romanos, post illas a MELANCHTHONE conscripta atque edita. Altera titulum praefert: *commentarii in epistolam Paulli ad Romanos*, Argentorati MDXL. 8. altera: *epistolae Paulli, scriptae ad Romanos, enarratio*, cum praemissa *dispositione orationis in epistola Paulli ad Romanos*, Vitembergae MDLVI. 8. ***

IO. BVGENHAGII *interpretatio epistolae Paulli ad Romanos*, Haganoae MDXXIII. MDXXVII. 8. quae a Bugenhagio in academia vitembergensi tradita atque ex ore eius ab *Ambrosio Moibano* excepta est: *

* exstat praefatio haec in LVTHERI *epistolar. tom.* II. p. 87.
** de *adnotationibus* his plura a me dicta sunt *praefatione*, quam ad LVTHERI *operum*, Halae editorum, *tomum* XIV. scripsi, p. 18.
*** expositiones hae exstant in MELANCHTHONIS *operibus*: prior *tom.* III. p. 879. posterior *tom.* IV. p. 1.
* FABRICII *historia bibliothecae part.* VI. p. 398.

ERASMI SARCERII *scholia in epistolam ad Romanos, pro rhetorica dispositione, ad perpetuum cohærentiæ filum conscripta*, Francofurti MDXLI. 8.

ALEXANDRI ALESII *disputationes in epistolam ad Romanos*, cum *Philippi Melanchthonis* præfatione, Vitembergæ MDLIII. 8.

CASPAR. CRVCIGERI *commentarius in epistolam Paulli ad Romanos*, Vitembergæ MDLXVII. 8.

IO. BRENTII, iunioris, *commentarius in epistolam Paulli ad Romanos*, Tubingæ MDLXXI. 8. *

TILEMANNI HESHVSII *commentarius in epistolam ad Romanos*, Ienæ MDLXXII. 8. et cum eiusdem commentariis in reliquas Paulli epistolas, Lipsiæ MDCV. fol.

IO. WIGANDI *adnotationes in epistolam ad Romanos*, Francofurti MDLXXX. 8.

CHRISTOPHORI CORNERI *commentarius in epistolam Paulli ad Romanos*, Heidelbergæ MDLXXXIII. 8.

AEGIDII HVNNII *expositio epistolæ Paulli ad Romanos plana et perspicua*, Marpurgi MDLXXXVII. Francofurti MDXCVI. Vitembergæ MDCVII. 8. præter quas editiones aliæ memorantur. ** Expositio hæc plana omnino est ac perspicua, vti in titulo vere dicitur. Quum Hunnius morem seculi sui, scripturam sacram explanandi, sequitur, mirum non est, eum sensum litteralem quidem inuestigare; simul autem dogmata ac controuersias enarrare, inprimis de iustificatione ac prædestinatione. Idem dicendum est de aliis, quorum nonnullos antea recensui:

DAVIDIS CHYTRAEI *epistola Paulli ad Romanos, breui ac dialectica dispositione partium et grammatica declaratione textus, retentis et insertis sub ordine totius epistolæ verbis, explicata*, sine mentione loci MDXCIX. 8. qui liber natus est ex recitationibus auctoris atque a *Georgio Dasenio* post mortem illius editus: ***

DAVI-

* commentarium hunc memorant: LIPENIVS *bibliothec. theologic. tom.* II. p. 680. LE LONG *bibliothec. sacr.* p. 650. atque alii. Qui si prodierit, distinguendus ille est a BRENTII senioris *commentario in epistolam ad Romanos*, non solum separatim edito, Francofurti MDLXIV. sed etiam translato in eiusdem *operum tomum* VII. p. 477.

** translata est in auctoris *operum latinorum tomum* IV. p. I. eiusdemque *thesaurum apostolicum*, quem supra commemoraui.

*** vide: SCHVTZII *vitam Chytræi libr.* III. §. 57. p. 417.

DAVIDIS RVNGII *volumen disputationum ex epistolis Paulli ad Romanos et ad Corinthios priori et posteriori, complectentium succinctam et perspicuam analysin textus; nec non explicationem plurimarum controuersiarum theologicarum et locorum δογματικῶν*, Vitembergæ MDCIII. 4. quod dictis epistolis lucem quidem adfert; commentarius autem in eo non inueniendus est. In libris rarioribus a quibusdam illud numeratur ac laudatur: *

IO. WINCKELMANNI *notationes in epistolam ad Romanos per analysin et disputationes*, Francofurti MDCXIV. 8. quæ ob iudicium, ab auctore satis probatum, in honore sunt ac commendantur: **

MICHAELIS RAGERI *exegesis epistolæ ad Romanos*, Francofurti MDCXLV. 8. ibidem MDCLI. 4.

GOTTFRID. CVNDISII *epistola Paulli ad Romanos, XVI. exercitationibus inclusa*, Ienæ MDCXLVI. 4.

NICOLAI RVDBECKII *disputationes theologicæ in epistolam ad Romanos*, Arosiæ MDCXLVIII. 4. quarum rarior fit mentio. Spectare illæ videntur non tam ad interpretationem epistolæ ad Romanos; quam ad dogmata, ex ista probanda ac defendenda: ***

IACOBI WELLERI *adnotationes in epistolam Paulli ad Romanos, in quibus versiones conferuntur: si qua est, emphasis exponitur textusque perspicue declaratur et praeprimis monstratur vel vsus contra aduersarios; vel eorum abusus profligatur*, collectæ opera et studio *Io. Schindleri*, Brunsuigæ, MDCLIV. 4. Refertur commentarius hic inter optimas epistolæ ad Romanos interpretationes nonnullique iudicant, illum omnium scriptorum, quæ Wellerus ad posteros transmisit, esse præstantissimum. Exhibet iste omnino expositionem eruditam solidamque, ad quam componendam auctor philologiæ ac litterarum græcarum adiumenta diligenter adhibuit: *

* CRENII *animaduersiones philologic. et historic. part.* II. p. 109.

** CRENII *exercitatio de libris scriptorum optimis* p. 29.

*** SCHEFFERI *Suecia litterata*, a *Mollero* edita, p. 181.

* LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 822. ALETHAEI *berichte von commentar. vber die schrift part.* IV. p. 289.

PETRI IOANNIS filii WANDALINI *paraphrasis in epistolam ad Romanos*, Slesuici MDCLVI. 4. cuius etiam exstat: *explicatio nonnullarum epistolæ Paulli ad Romanos sententiarum*, ibidem MDCXXXIV. 8.

IVSTI FEVRBORNII *commentarius in epistolam ad Romanos*, a *Petro Haberkornio* editus, Giessæ MDCLXI. 4. qui laude ac lectione dignus est:

IO. GERHARDI *adnotationes posthumæ in epistolam ad Romanos*, cum *analectis Io. Ernesti Gerhardi*, Ienæ MDCLXVI. MDCLXXVI. 4. Reliquerat Gerhardus senior sex priora tantum capita epistolæ ad Romanos explanata; reliquorum autem non aliud; nisi delineationem. Cœptum ita opus vt recte absolueretur, filius, *Io. Ernestus*, industriam suam ad illud adhibuit: quæ deerant, ea ipse elaborauit doctissimasque addidit notas. Dicta sex priora capita idem *Gerhardus*, filius, antea iuris publici fecerat sub titulo: *adnotationes ad priora capita epistolæ Paulli ad Romanos*, cum prolegomenis de epistolis Paullinis, Ienæ MDCXLV. 4. Qui consulere vult commentarium hunc, is variam vtilitatem exspectare potest. Deprehendet in isto adcuratiorem analysin singulorum capitum: interpretationem verborum ac rerum: porismata, quæ vel ad fidem; vel ad vitam pertinent: *

SEBASTIANI SCHMIDII *commentarius in sex priora Paulli ad Romanos epistolæ capita: additæ sunt eiusdem auctoris aliquot subsequentium paraphrases*, Hamburgi MDCXCIV. 4. qui quamuis non ad finem perductus; nec tali diligentia atque adcuratione, quali alii Schmidii commentarii, elaboratus sit; eo tamen multa egregie atque vtiliter dicta continentur. Descriptus est ille iterum litteris, vna cum eiusdem *commentario in epistolas ad Galatas et Colossenses*, ac paraphrasi quarumdam aliarum epistolarum, Hamburgi MDCCIV. 4. quod volumen supra percensui. ** Antea lucem adspexerunt eiusdem SCHMIDII *paraphrases capitum* VII. VIII. IX. X. et

* LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 823. ALETHAEI *berichte von commentar. vber die schrift part.* v. p. 362.

** LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 816. *noua litterar. hamburgens.* MDCCIV. p. 237.

X. et XI. *ad Romanos*, eius *commentationi in Paulli epistolam ad Colossenses* adiunctæ, Hamburgi MDCXCI. 4. *

AVGVSTI POSSELTI *richtige erklärung der epistel Paulli an die Rœmer, darinnen nicht nur der richtige wortverstand; sondern auch zusammenhangung des texts gezeiget vnd der benöthigte gebrauch zur lehre, wiederlegung, vermahnung, strafe, trost zugleich mit angehangen wird,* Zittauiæ MDCXCVI. 4. quæ explicatio non contemnenda est. Multa auctor ad voces dictionesque Paulli bene illustrandas adtulit aliorumque interpretum sententias diiudicauit; ipse autem maxime Wellerum ac Sebastianum Schmidium sequutus est: **

AVG. VARENII *Paullus euangelista Romanorum, succincta diuinissimæ illius et inter omnes alias facile principis epistolæ ad Romanos analysi et exegesi repræsentatus*, Hamburgi MDCXCVI. 8. Quæ libro hoc continentur, ea ex Varenii disputationibus, inprimis ecclesiæ romanæ doctoribus oppositis, collecta sunt atque expositionem variorum argumentorum eruditam nobis præbent: ***

IO. GVILIELMI ZIEROLDI *analogia fidei, per exegesin epistolæ ad Romanos demonstrata*, Stargardiæ MDCCI. et MDCCXIX. 4. quo libro auctor id præcipue egit, vt ex epistola ad Romanos analogiam fidei per præcipuos locos theologicos monstraret; in prolegomenis autem analysis dictæ epistolæ exhibetur: *

IO. CONRADI DANNHAVERI *collegium disputatorium in epistolam ad Romanos*, quod *Io. Frider. Mayerus* iuris publici fecit, Gryphiswaldiæ MDCCVIII. 4.

CHRISTIANI MICHAELIS FISCHBECKII *breuis explanatio epistolæ ad Romanos*, Gothæ MDCCXX. 8. quod opusculum non magnum momentum habet. Complectitur illud præter

---

* *acta erudit.* MDCXCI. p. 90.

** LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 824.

*** ALETHAEI *berichte von commentariis vber die schrift part.* III. p. 143. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 978. FECHTII *præfatio ad* VARENII *commentarium in Iesaiam* p. 120.

* LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 823.

praeter tabulam ordinis eorum, quae Paullus in epiſtola hac tradidit, breuiores notas ac porismata: *

AMBROSII WIRTHII *erklärung der epiſtel an die Rœmer*, Noribergæ MDCCXXIV. 8.

IO. IACOBI RAMBACHII *ausführliche vnd gründliche erklärung der epiſtel Paulli an die Rœmer*, Bremæ MDCCXXXVIII. 4. quem commentarium *Ernestus Fridericus Neubauerus* poſt auctoris obitum ex libro eius manuſcripto in lucem protulit. Adnumerandus ille eſt optimis huius epiſtolæ expoſitionibus. Quæ ad voces ac dictiones: ad res ipſas harumque ordinem ac coniunctionem: ad pietatis ſtudia excitanda pertinent, ea omnia diligenter ſunt explanata. ** Exſtat etiam RAMBACHII *introductio hiſtorico-theologica in epiſtolam Paulli ad Romanos*, cum MARTINI LVTHERI *præfatione*, *variis obſeruationibus exegeticis atque apologeticis illuſtrata*, Halæ MDCCXXVII. 8. cuius iam ſupra mentionem feci:

IO. WANDALINI *prælectiones in epiſtolam Paulli ad Romanos*, Hafniæ et Lipſiæ MDCCXLIV. 4.

PAVLLI ANTONII *erbauliche anmerckungen vber die epiſtel Paulli an die Rœmer*, Francofurti MDCCXLVI. 8. liber, poſt auctoris obitum editus; nec ita elaboratus, vt inter commentarios, proprie ſic dictos, iure locum obtinere queat. Continet ea, quæ Antonius diſſeruit, quum in ſcholis ſuis epiſtolam ad Romanos explicaret, ſine vlla cogitatione de iſtis ad vſum publicum transferendis: ***

SIEGMVNDI IACOBI BAVMGARTENII *auslegung des brieſes Paulli an die Rœmer*, Halæ MDCCXLIX. 4. Indagat auctor diligenter ſenſum verborum pariter ac rerum; præter hoc autem multo ſtudio oſtendit, quomodo ſingula, quæ Paullus ſcripſit, cohæreant. *

2) *Reformatorum*

IO. OECOLAMPADII *adnotationes in epiſtolam ad Romanos*, Baſileæ MDXXVI. 8.

WOLF-

* *ſamlung von alten vnd neuen theolog. ſachen*, 1720. p. 650.

** LILIENTHALII *exegetiſche bibliothec* p. 828. *ſamlung von alten vnd neuen theolog. ſachen*, 1740. p. 768.

*** *nachrichten von den neueſten theolog. büchern volum.* V. p. 723.

* KRAFTII *theolog. bibliothec volum.* V. p. 87.

WOLFGANGI MVSCVLI *commentarius in epistolam ad Romanos*, Basileae MDLV. MDLXXII. fol.

PETRI MARTYRIS *commentarius in epistolam ad Romanos*, Basileae MDLVIII. fol. ibidem MDLX. 8. MDLXVIII. MDLXX. fol. Tiguri MDLXXXV. Heidelbergae MDCI. MDCXIII. fol. anglice Londini MDLXVIII. fol.

MARTINI BVCERI *metaphrasis et enarratio in epistolam ad Romanos*, Basileae MDLXII. fol.

CASPAR. OLEVIANI *notae in epistolam ad Romanos, ex eius concionibus excerptae*, Geneuae MDLXXIX. 8.

ROBERTI ROLLOCI *commentarius in epistolam ad Romanos*, Geneuae MDXCVI. 8.

ANTONII FAYI *commentarius in epistolam ad Romanos*, Geneuae MDCVIII. 8.

DAVIDIS PAREI *commentarius in epistolam ad Romanos*, Francofurti MDCVIII. Heidelbergae MDCIX. MDCXX. 4. Geneuae MDCXVII. 8. Hanouiae MDCXXVII. 4.

ANDREAE WILLETI *hexapla vpon the epistle to the Romans*, qui sextuplex commentarius anglice prodiit, Londini MDCXI. MDCXX fol.

THOMAE WILSONI *commentary vpon the epistle of saint Paul to the Romans*, Londini MDCXIV. 4. MDCXXVII. fol.

ELNATHAN. PARR *exposition vpon the epistle of saint Paul to the Romans*, Londini MDCLI. fol.

IO. HIPSTEDII *collationes philologicae in epistolam ad Romanos*, Bremae MDCLXV. 4.

STEPHANI DE BRAIS *epistolae Paulli ad Romanos analysis paraphrastica cum notis*, Salmurii MDCLXX. 4. Lipsiae MDCCXXVI. 4. Adiecta est eiusdem dissertatio de *sabbatho δευτεροπρώτῳ* et de *baptismo pro mortuis*. Post duas has editiones prodiit tertia in auctoris *opusculis*, quae *Hermannus Venema* edidit, Amstelodami MDCCXXXV. 4. ac multas notas ad illas, quibus ipse de Brais epistolam hanc illustrauit, adiunxit. * Laudatur liber hic, non sine caussa. Conscriptus is est cum iudicio ac lucem omnino illi praefert, qui Paulli litteras, ad Romanos exaratas, intelligere atque interpretari vult:

GVI-

* *nouor. actor. eruditor. supplement. tom.* III. p. 532. *bibliotheque raisonnée tom.* XI. p. 478.

GVILIELMI MOMMAE *meditationes posthumæ in epistolas ad Romanos et Galatas*, Hagæ comitum MDCLXXVIII. 8. Edidit illas *Guil. Anslarius* ac de vita auctoris præfatus est. Prodierunt istæ post Mommæ obitum; hanc autem ob caussam mirum non est, relicta fuisse, quæ emendari atque augeri possunt: *

HENRICI GROENEWEGENII *vytlegginge van den zendbrief Paulli aan de Romeynen*, Gorinchemii MDCLXXXI. 4. Commentarius hic, belgice scriptus atque editus, optimis epistolæ ad Romanos expositionibus adnumerari debet: ea tamen excipienda sunt, quæ auctor in gratiam ecclesiæ suæ minus vera tradit ac defendit; aut vbi Cocceium, ducem suum, haud feliciter sequitur: **

CHRISTOPHORI WITTICHII *inuestigatio epistolæ ad Romanos, ab apostolo Paullo exaratæ, vna cum paraphrasi*, Lugduni Batauorum MDCLXXXV. 4. Singulis epistolæ capitibus præmittitur paraphrasis, ita composita, vt sensum eorum, quæ Paullus scripsit, perspicue quidem; in locis autem controuersis ad reformatorum dogmata adcommodate exprimat. Wittichium sectatorem ac defensorem Coccei fuisse, ipse hic liber ostendit: ***

IACOBI ALTINGII *commentarius theoretico - practicus in epistolam ad Romanos*, qui copiosus ac erudite diligenterque elaboratus est: *

GERBRANDI VAN LEEVWEN *verhandeling van den sendbrief Paulli aan de Romeynen*, Amstelodami MDCLXXXVIII. MDCXCIX. 4. quatuor partibus, quod opus merito laudatur, quum id vberiorem ac solidam epistolæ ad Romanos explicationem complectitur atque inprimis enarrat, quæ ab apostolo de fide officiisque sanctorum sint tradita: **

MAR-

* LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 978.

** *ibidem* p. 833.

*** *acta eruditorum* MDCLXXXVI. p. 198. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 830.

* exstat commentarius hic in ALTINGII *operibus*, Amstelodami MDCLXXXVI. fol. editis, eiusque pars prior *tomo* III. ac posterior *tomo* IV.

** LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 834.

MARCI VAN PEENE *na-sporing van den sin en't samenhang van de sendbrief Paulli an de Romainen*, Lugduni Batauorum MDCXCV. 4. * germanice, interprete *Conrado Brusskenio*, sub titulo: *grundliche vntersuchung vnd völlige erklärung des briefes Paulli an die Ræmer*, Francofurti ad Mœnum MDCXCVII. 4. ** In sententiam eorum, quæ Paullus exarauit, auctor studiose inquirit eamque copiose enarrat ac perspicue; ea tamen simul ratione, vt quando occasio se offert, reformatæ ecclesiæ dogmatibus speciem conciliare adnitatur ac de rebus philologicis non multa adferat:

SALOMON. VAN TIL *de sendbrieuen van Paullus aan de Romeinen en Filippensen, ontleedt, verklaardt en betoogt*, Harlemi MDCCXXI. 4. Præter analysin, pauca dicta sunt, quæ ad epistolam ad Romanos illustrandam momentum habent. Librum ipsum post auctoris obitum *Iacobus Adrianus Folckers* iuris publici fecit ac longiorem præfationem præmisit, qua *delineationem theologiæ practicæ et paracleticæ*, a van Til manuscriptam relictam, exhibet: ***

CLEMENTIS STRESONIS *meditatien, of bedenkingen ouer den zendbrief van Paullus aan de Romeinen*, Amstelodami MDCCXXI. 4. quæ meditationes mediocris vtilitatis sunt ac dignitatis. Edidit illas filius, *Zacharias Iacobus Streso*, ac præfatione argumentum epistolæ ad Romanos, ex patris sententia, enarrauit: *

SERVATII HASEVOETI *de brief van den apostel Paullus aan de gemeente de Romen ontleedt, verklaart en betoogt*, Lugduni Batauorum MDCCXXV. 4. quæ interpretatio breuis est; nec singulares sunt virtutes, quibus illa se commendet: **

CAMPEGII VITRINGAE *verklaringe ouer de agt eerste capittelen van de brief Paulli aan de Romeinen*, Franeckeræ MDCCXXIX. 4. Continentur libro hoc recitationes, a Vitringa sermone latino institutæ ac postea in belgicum translatæ

* *acta eruditor.* MDCXCV. p. 441.
** LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 831.
*** *ibidem* p. 836.
* *ibidem* p. 835.
** *ibidem* p. 836.

latæ atque editæ. Multa in illis dicta sunt cum eruditio ac iudicio, quæ præcipue ad sensum verborum atque analysin pertinent: *

IO. ALPHONSI TVRRETTINI *in Paulli apostoli ad Romanos epistolæ capita priora XI. prælectiones criticæ, theologicæ et concionatoriæ,* Lausannæ MDCCXLI. 4. Prælectiones hæ, post auctoris obitum ad vsum publicum translatæ, ob præstantiam suam omni laude dignæ sunt. Præ se habent prolegomena eruditissima de tempore et loco, quo scripta est epistola hæc: de christianis, ad quos illa exarata: de caussis difficultatis epistolarum Paulli, speciatim ad Romanos: de scopo eius ac controuersiis illius temporis: de præcipuis eiusdem partibus atque aliis argumentis. **

Ex *Arminii* sectatorum ordine referendus huc est: PHILIPPVS A LIMBORCH ob *commentarium* eius *in acta apostolorum et in epistolas ad Romanos et ad Ebræos*, Roterodami MDCCXI. fol. quem iam supra recensui.

3) *Pontificiorum*

IACOBI SADOLETI *commentarius in epistolam Paulli ad Romanos*, Venetiis MDXXXVI. 8. Lugduni MDXXXVI. fol. *** in quo stili elegantiam laudant omnes; reliqua autem non magni momenti sunt: *

PHILIBERTI HARESCHE *commentarii breues et dilucidi in epistolam ad Romanos*, Parisiis MDXXXVI. 8.

NICOLAI GRANDIS *commentarius in epistolam Paulli ad Romanos*, Parisiis MDXLVI. 8

DOMINICI SOTO *commentarius in epistolam Paulli ad Romanos*, Antuerpiæ MDL. Salmanticæ MDLI. fol.

IACOBI NACLANTI *enarrationes in epistolam ad Romanos*, Venetiis MDLVII. 4.

IO.

* LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 837.

** *nouor. actor. supplement. tom.* VI. p. 7. *memoires de Treuoux* MDCCXLII. *ianuar.* p. 167. *bibliothequ. raisonnée tom.* XXVIII. p. 39.

*** exstat etiam in eius *operibus*, quæ prodierunt Moguntiæ MDCVII. 8.

* SIMON *histoire critique des principaux commentateurs du nouueau testament cap.* XXXVIII. p. 550.

IO. VIGVERII *commentaria in Paulli epistolam ad Romanos, in quibus omnes fere haereses nostri temporis confutantur, vt nihil breuius; neque clarius in illas scribi possit*, Parisiis MDLVIII. Venetiis MDLXIII. MDLXXXI. Antuerpiae MDLXV. MDLXXII. fol. Coloniae MDCVII. 4. Qualis sit horum commentariorum ratio, ex adducto illorum titulo haud difficulter intelligendum est:

IO. FERI *exegesis in epistolam Paulli ad Romanos*, Parisiis MDLIX. Venetiis MDLXVI. Lugduni MDLXIX. 8. Compluti MDLXXVIII. fol.

GERARDI MATTHISII *commentarius in epistolam Paulli ad Romanos*, Coloniae MDLXII.

GVNDISALVI DE LA CERDA *commentaria in epistolam Paulli ad Romanos*, Vlyssipone MDLXXXIII. fol.

CORNELII MVSSI *commentarius in epistolam Paulli ad Romanos*, Venetiis MDLXXXVIII. 4. qui eleganti scribendi genere vtitur; magis autem oratorem; quam interpretem ac praeter hoc, ineptum pontificis romani adulatorem se praebet: *

HIERONYMI OSORII *in epistolam Paulli ad Romanos libri quatuor*: **

IO. ANTONII PANTVSAE *commentarius in epistolam ad Romanos*, Venetiis MDXCVI. 8.

RAIMVNDI PASQVALI *commentaria in epistolam Paulli ad Romanos*, Barcinone MDXCVII. fol. ***

FRANCISCI FEVARDENTII *commentarius in epistolam ad Romanos*, Parisiis MDXCIX. 8.

FRANCISCI TOLETI *commentarii et adnotationes in epistolam Paulli ad Romanos*, quibus accesserunt eiusdem sermones XV. in psalmum XXXI. ac duo in eiusdem epistolae loca tractatus, Romae MDCII. Venetiis, Lugduni, Coloniae, Moguntiae MDCIII. 4. *

ADAMI

* DV PIN *bibliotheque des auteurs ecclesiastiqu. tom.* XVI p. 114.
** sunt in eius *operibus*, quae quatuor tomis prodierunt, Romae MDXCII. fol.
*** ANTONII *bibliothec. hispan. nou. tom.* II. p. 207.
* SIMONIS *histoire critique des principaux commentateurs du nouveau testament cap.* XLI. p. 611.

ADAMI CONTZENII *commentarius in epistolam Paulli ad Romanos*, Coloniæ MDCXXIX. fol.

BARTHOLOMAEI FIBI *via veritatis et vitæ, per genuinam interpretationem Augustini super epistolam Paulli ad Romanos perque varias deductiones theologico-polemicas contra atheos*, ceter. *demonstrata*, Coloniæ Agrippin. MDCXCVI. fol.

4) *Socinianorum*

IO. VALDESII, qui inter vnitarios numeratur, *commentarius in epistolam ad Romanos*, breuis, et vti traditur, hispanice scriptus editusque Venetiis MDLVI. 8. *

IO. CRELLII *commentarius in epistolam Paulli ad Romanos*, ex prælectionibus eius conscriptus a *Iona Slichtingio*, Racouiæ MDCXXXVI. 8. cum *Io. Stoinii* præfatione. Præter commentarium hunc, exstat eiusdem *paraphrasis epistolæ ad Romanos*: **

IO. TAYLORII *paraphrase with notes on the epistle to the Romans*, Londini MDCCXLV. 4. qui liber luculentum testimonium præbet, auctorem praua atque impia dogmata socinianorum amplexum esse. Idem et alia eius scripta confirmant: ***

COMMENTARII IN PAVLLI EPISTOLAS AD CORINTHIOS

1) *Lutheranorum*

ERASMI SARCERII *piæ et eruditæ meditationes in vtramque epistolam ad Corinthios*, Argentorati MDXLIV. 8.

GEORGII MAIORIS *enarratio epistolarum Paulli ad Corinthios*, Vitembergæ MDLVIII. MDLXI. 8. *

PHILIPPI MELANCHTHONIS *breuis et vtilis commentarius in priorem epistolam Paulli ad Corinthios et in aliquot*

* commentarii huius mentionem faciunt: SANDIVS *bibliothec. antitrinit.* p. 2. LE LONG *bibliothec. sacr.* p. 997. atque alii; ANTONIVS autem *bibliothec. hispan. nou. tom.* 1. p. 606. quando VALDESII scripta recenset, eum haud memorat.

** vtrumque scriptum locum habet in eiusdem *operum exegeticorum tomo* 1. p. 65. et 203.

*** BAVMGARTENII *nachrichten von merckwürdigen büchern volum.* VIII. p. 129.

* exstat in eius *operum tom.* 1. p. 164.

quot capita secundae, quem edidit *Paullus Eberus*, Vitembergae MDLXI. 8. *

TILEMANNI HESHVSII *explicatio secundae epistolae Paulli ad Corinthios*, Helmstadii MDLXXX. 8. **

CONRADI ANDREAE *exegesis in priorem epistolam ad Corinthios*, Francofurti MDLXXXV. 8.

GEORGII MYLII *explicatio primae epistolae ad Corinthios*, Ienae MDC. 8.

DAVIDIS RVNGII *volumen disputationum ex epistolis Paulli ad Romanos et ad Corinthios priori et posteriori*, Vitembergae MDCVI. 4 quod antea iam recensui:

GEORGII WEINRICHII *commentarius in vtramque ad Corinthios epistolam*, Lipsiae MDCIX. MDCX. 4. qui postea cum eiusdem commentariis in reliquas Paulli epistolas prodiit:

PETRI IOANNIS filii WANDALINI *paraphrasis in Paulli epistolas ad Corinthios*, lingua danica, Hafniae MDCXLVIII. 4.

SEBASTIANI SCHMIDII *paraphrasis epistolae prioris ad Corinthios*, quae lucem vidit cum eiusdem *commentatione in epistolam ad Colossenses* ac paraphrasibus aliarum quarumdam Paulli epistolarum, Hamburgi MDCXCI. 4. *** MDCXCVI. 4. cum *commentariis in epistolas ad Romanos, Galatas et Colossenses*, ibidem MDCCIV. 4.

GEORGII HENRICI HAEBERLINI *theologia Corinthiaca, in forma systematis proposita; seu explicatio prioris epistolae ad Corinthios*, Tubingae MDCXCIX.

IO. LAVRENTII MOSHEMII *erklärung des ersten briefes Paulli an die gemeine zu Corinthus*, Altonae et Flensburgi MDCCXLI. 4. Enatus est commentarius hic ex auctoris recitationibus academicis in epistolam hanc. In sensu litterali indagando operam ille collocauit; eum autem imprimis ex tota sermonis coniunctione ostendit; nec multum in iis versatus est, quae ad linguae graecae indolem atque ad antiquitates pertinent. Ad recte intelligendum scriptum hoc diuinum

 multa

* translatus est in eius *operum tomum* IV. p. 210.

** ALETHAEI *berichte von commentariis vber die schrift part.* VII. p. 61.

*** *acta eruditorum* MDCXCI. p. 90.

multa omnino adtulit: eruditionem pariter ac iudicium abunde monstrauit atque ipsi commentario suo inter reliquos principem locum conciliauit. * Expositio haec iterum prodiit Flensburgi MDCCLXII. 4. cuius editionis *Christianus Ernestus von Windheim* non solum curam suscepit, vt illa emendatior atque adcuratior lucem adspiceret; sed etiam operis tomum secundum; siue explicationem *posterioris epistolae ad Corinthios*, ex iis, quae Moshemius manu scripta reliquerat, collectam, addidit eiusque ipse eruditas fecit accessiones: **

SIEGMVNDI IACOBI BAVMGARTENII *auslegung der beyden briefe Paulli an die Corinthier, mit anmerckungen vnd einer paraphrasi M. Io. August. Naesselts*, Halae MDCCLXI. 4. Praemissa est *Io. Salomon. Semleri* praefatio. Liber ipse locum tuetur inter commentarios, qui vtilitate sua se commendant.

2) *Reformatorum*

HENRICI BVLLINGERI *commentarius in vtramque epistolam ad Corinthios*, Tiguri MDXXXIV. MDXXXV. 8. duobus voluminibus:

PETRI MARTYRIS *commentarius in priorem epistolam ad Corinthios*, Tiguri MDLI. MDLXIII. 4. MDLXVIII. MDLXXXIX. fol.

WOLFGANGI MVSCVLI *commentarius in vtramque epistolam ad Corinthios*, qui vna cum eiusdem *commentario in epistolam ad Romanos* in lucem emissus est, Basileae MDLIX. MDLXII. MDLXXXII. MDC. MDCXI. fol.

REGNERI PRAEDENII *commentarius in priorem epistolam ad Corinthios:* ***

BENEDICTI ARETII *commentarius in vtramque epistolam ad Corinthios*, Lausannae MDLXXIX. 8 qui et cum reliquis eius commentariis in nouum testamentum prodiit:

THOMAE

nouor. actor. eruditor. supplement. tom. V. p. 443. *nachrichten von den neuesten theolog. buchern volum.* I. p. 314. ALETHAEI *berichte von commentariis vber die schrift part.* VIII p. 321. LILIENTHALII *fortgesetzte theologische bibliothec* p. 1013.

** ERNESTI *theolog. bibliothec volum.* III. p. 395.

*** in *operibus* eius, Basileae MDLXIII. fol.

THOMAE MORTONI *expositio prioris epistolae ad Corinthios*, Londini MDXCVI. 8.

ROBERTI ROLLOCI *commentarius in vtramque epistolam ad Corinthios*, cum notis *Io. Piscatoris*, Herbornae MDC. Ienae MDCII. 8.

GVIL. SCLATERI *explicatio et scholia in vtramque epistolam ad Corinthios*, Oxonii MDCXXXIII. 4.

ANTONII BVRGESSII *commentarius in epistolam primam ad Corinthios*, anglice, Londini MDCLIX. fol.

IO. LIGHTFOOTI *horae ebraicae et talmudicae in epistolam primam ad Corinthios*, quibus adiuncta sunt quaedam capita de vsu bibliorum in conuentibus iudaeorum sacris deque bibliorum versionibus, potissimum septuaginta interpretum, Cantabrigiae MDCLXIV. Amstelodami MDCLXXVII. Lipsiae MDCLXXIX. 4. *

MARTINI KONINGII *eerste zendbrief des apostels Paulli aan die van Korinthus, geopend, vit de oudhed en talen opgehelderdt, in zyn oogwit en zamenhang vertoond*, ceter. Dordraci MDCCII. 4. eiusdem: *ouer den tweeden zendbrief des apostels Paulli aan die van Korinthus*, Amstelodami MDCCIV. 4. Commentarius hic maxime criticus est ac philologicus: exhibet adparatum multarum rerum eruditarum, quae sumtae sunt ex scriptoribus profanis monimentisque antiquitatum, iudaicarum, graecarum, romanarum: **

IO. BIERMANNI *verklaringe des eersten briefs van Paullus aan die van Korinthus*, Traiecti ad Rhenum MDCCV. 4. eiusdem: *verklaringe des tweeden briefs van Paullus aan die van Korinthus*, Traiecti ad Rhenum MDCCVIII. 4. duobus voluminibus. Singulari industria; nec mediocri eruditione commentarius hic, satis copiosus, ab auctore compositus est. Postquam exposuit ille de ipsis epistolis ad Corinthios generatim ac quae ad earum historiam ac rationem pertinent, enarrauit, quoduis caput in partes diuidit atque adcuratiorem explicationem verborum ac rerum adiungit. Additae

* exstant etiam in eius *operum tomo* II. p. 879. edition. Roterodami MDCLXXXVI.

** LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 838.

ſunt: CLEMENTIS *romani duæ epiſtolæ ad Corinthios*, ex græco in ſermonem belgicum conuerſæ: *

THEODORI AKERSLOOTI *d'eerſte ſendbrief van Paullus aan die van Korinthen, kortelyk in haar t'ſamenhang vytgelegt*, Lugduni Batauorum MDCCVII. 4. quæ expoſitio quum breuior quidem; attamen erudita ac ſolida eſt, illa iuſta laude ornatur. Vſus eſt auctor adiumentis felicioris interpretationis, iis præcipue, quæ græca lingua eiusque indoles ac præter hanc, antiquitates ſuppeditant: **

HIERONYMI SIMONIS VAN ALPHEN *ontleedende verklaaring van Paullus tweeden brief aan de Corinthers*, Amſtelodami MDCCVIII. 4. et iterum cum additamentis atque emendationibus Traiecti ad Rhenum MDCCXXV. 4. Præmiſit auctor copioſam atque eruditam commentationem variaque argumenta perſequutus eſt, quæ ad epiſtolam hanc, facilius intelligendam, viam parant. Per tabulas omnia exhibuit, cum totius epiſtolæ ſummam; tum ſingulas eius partes, quas explanauit: ***

SALOMONIS VAN TIL *kort-bondige verklaaringe over den eerſten brief van Paullus aan die van Korinthen*, Amſtelodami MDCCXXXI. 4. Conſtat liber hic breuiore partitione atque explicatione; qui autem illum poſt auctoris mortem euulgauit, *Ioannes Creyghton* præmiſit egregiam diſſertationem eaque non ſolum de ipſa priore epiſtola ad Corinthios; ſed etiam de variis rebus, quæ illi lucem adferunt, erudite ac copioſe expoſuit: *

IO. LOCKII *paraphraſe and notes on the epiſtles of ſaint Paul to the Corinthians*, Londini MDCCXXXIII. 4. quæ iam antea vna cum auctoris commentariis in alias Paulli epiſtolas, ſupra a me adductis, lucem adſpexerunt.

3) *Pontificiorum*

PETRI STEVARTII *commentaria in priorem epiſtolam ad Corinthios*, Ingolſtadii MDXCIV. 4. *in vtramque epiſtolam ad Corinthios*, ibidem MDCVIII. 4.

THOMAE

* LILIENTHALII *exegetiſche bibliothec* p. 839.
** *ibidem* p. 841.
*** *ibidem* p. 842. *actor. eruditor. ſupplement. tom.* IV. p. 440.
* LILIENTHALII *exegetiſche bibliothec* p. 842.

THOMAE STAPLETONI *antidota apostolica in acta apostolorum et in epistolam ad Romanos et binas ad Corinthios*, Antuerpiae ab anno MDXCV. 8. tribus voluminibus: *

ADAMI CONTZENII *commentaria in epistolas Paulli ad Corinthios et ad Galatas*, Coloniae MDCXXXI. fol.

4) *Socinianorum*

IO. VALDESII *commentarius breuis; seu declaratio compendiosa et familiaris supra primam epistolam sancti Paulli ad Corinthios*, lingua hispanica, qui sine nota loci atque anni memoratur: *

IO. CRELLII *commentarius in priorem Paulli ad Corinthios epistolam*, non totam; sed in decem tantum priora illius capita et in quintum decimumque eiusdem caput, Racouiae MDCXXXV. 8. **

COMMENTARII IN PAVLLI EPISTOLAM AD GALATAS.

1) *Lutheranorum*

MARTINI LVTHERI *commentarius in epistolam ad Galatas.* Reliquit ille duplicem commentarium in dictam epistolam, *breuiorem* ac *longiorem.* Qui *breuis* est, is latine prodiit sub titulo: *in epistolam Paulli ad Galatas Martini Lutheri Augustiniani commentarius*, MDXIX. 4. sine mentione loci; qui autem Lipsia est. Post primam hanc editionem commentarius hic iterum in lucem exiit, MDXX. 4. itidem sine indicio loci ac quum Lutherus mutationem eius ita fecisset, vt alia omitteret: alia emendaret, plures editiones sequutae sunt, Vitembergae MDXXIII. 8. cum *Philippi Melanchthonis* praefatione: Argentorati ac Basileae eodem anno 8. item sub titulo: *in epistolam Paulli ad Galatas Martini Lutheri commentarius, pro vniuersa scripturae methodo perutilis, nuper ab auctore recognitus*, itidem cum *Melanchthonis* praefatione, MDXXIV. 8. Basileae MDXXV. 8. *** Germanice, interprete *Vincentio Heidneckero*, commentarius hic in

* ANTONII *bibliothec. hispan. nou. tom.* I. p. 606. SANDII *bibliothec. antitrinitar.* p. 2.

** *tomo* I. *oper.* eius *exegeticorum* p. 247.

*** locum obtinuit in LVTHERI *oper. latinor. vitemberg. tom.* V. p. 213. ac *ienens. tom.* III. p. 1.

conspectum publicum venit, inscriptione hac: *die epistel sanct Paulli an die Galater, ausgelegt durch D. Martin Luther*, Vitembergæ MDXXV. 4. et 8. cum *Ioan. Bugenhagii* præfatione. * Expositio *longior* epistolæ huius, quæ Lutherum itidem auctorem habet, primam lucem vidit sub titulo: *in epistolam sancti Paulli ad Galatas commentarius, ex prælectione D. Martini Lutheri collectus*, Vitembergæ MDXXXV. 8. Haganoæ eodem anno 8. Vitembergæ MDXXXVIII. 4. Francofurti MDXLIII. MDXLVI. 8. ** Sunt aliæ editiones, quas autem prætermitto ac memoro potius versionem germanicam, a *Iusto Menio* compositam. Prodiit illa ipsius Lutheri cura *** sæpiusque postea litteris descripta est, cum in voluminibus scriptorum Lutheri; * tum separatim. Inter editiones posterioris generis eminent duæ recentiores. Altera studio *Samuelis Lucii* in lucem exiit, ita inscripta: *auslegung der epistel sanct Paulli an die Galater, mit zweyen vorreden, von D. Martin Luthern vnd mit noch einer andern ausführlichen vorrede vermehret*, Francofurti MDCCXVII. 4. Altera prodiit, titulo hoc: *Martin Luthers vollständige auslegung der epistel sanct Paulli an die Galater, anietzo durch gnaue zusammenhaltung mit den erstern editionen vnd hinzufugung derer bey denselben befindlichen vorreden, verbesserter ans licht gestellet*, cum præfatione mea, Halæ MDCCXXXVII. 4. Nec tamen solum in germanicam; sed etiam in alias linguas commentarius hic longior conuersus est. Memoratur interpretatio gallica, Geneuæ MDLX. 4. Antuerpiæ MDLXXXIV. 4. et anglica, Londini MDLXXXVIII. 8. MDCXXXV. 4. Opus hoc Lutheri plane est egregium ac præter alia, præclaram explanationem dogmatis principalis de iustificatione, per solam fidem consequenda, complectitur. Ob quam præstantiam ornatum illud fuit laudi-

* exstat in LVTHERI *oper. germanicor. vitemberg. tom.* XII. p. 1. *altenburg. tom.* I. p. 151. *lipsiens. tom.* X. p. 451. *halens. tom.* IX. p. 1.

** editus quoque est in LVTHERI *oper. latinor. vitemberg. tom.* V. p. 269. ac *ienens. tom.* IV. p. 1.

*** in *dem ersten theil der bücher Lutheri vber epistel der aposteln* p. 1. quod volumen prodiit Vitembergæ MDXXXIX. fol.

* *vitembergens. tom.* I. p. 1. *altenburg. tom.* VI. p. 509. *lipsiens. tom.* XI. p. 1. *halens. tom.* VIII. p. 1513.

laudibus, non solum ab ecclesiæ nostræ doctoribus; sed etiam a reformatis atque ab ipsis pontificiis. * Referri et huc possunt: IOACHIMI IVSTI BREITHAVPTI *exercitationes decem obseruationum theologicarum ex commentario Lutheri in epistolam ad Galatas*, Halæ MDCXCIV. 4. **

ERASMI SARCERII *adnotationes in epistolas ad Galatas et Ephesios, pro rhetorica dispositione, ad vsum concionatorum conscripta*, Francofurti MDXLII. 8.

GEORGII MAIORIS *enarratio epistolæ Paulli ad Galatas*, Vitembergæ MDLX. 8. *** et germanice: *auslegung der epistel an die Galater*, eodem loco atque anno:

TILEMANNI HESHVSII *commentarius in epistolam ad Galatas*, Helmstadii MDLXXIX. 8.

IO. WIGANDI *adnotationes in epistolam ad Galatas*, Vitembergæ MDLXXX. Lipsiæ MDXCVI. 8.

CHRISTOPHORI CORNERI *commentarius in epistolam ad Galatas, secundum mentem Lutheri*, Heidelbergæ MDLXXXIII. 8.

PHILIPPI HEILBRVNNERI *commentarius in epistolam Paulli ad Galatas*, Lauingæ MDXCI. 8.

MATTHIAE HOE *commentarius in epistolam Paulli ad Galatas*, Lipsiæ MDCV. 4.

IO. WINCKELMANNI *commentarius in epistolam ad Galatas*, Giessæ MDCVIII. 8.

GEORGII WEINRICHII *expositio epistolæ ad Galatas*, Lipsiæ MDCX. 4.

POLYCARPI LYSERI *analysis theologica et scholastica epistolæ ad Galatas, disputationibus duodecim comprehensa*, Lipsiæ MDCXVI. 4.

* legantur: SECKENDORFII *historia lutheranismi libr.* I. §. 84. p. 134. *libr.* III. §. 42. p. 116. GOETZII *meletemata annæbergens.* p. 792. ARNDII *bibliothec. biblic. Mayeri continuat.* p. 134. WENDLERI *disputat. de præcipuor. quorundam secul.* XVI. *et* XVII. *theologor. lutheranor. eruditione, in ecclesiam meritis et scriptis* p. 42. SEELEN *stromat. lutheran.* p. 206 *adnotationes ad Osiandri admonitionem de studiis verbi diuini ministror.* p. 48.

** plura de commentario hoc Lutheri disserui *præfationibus* ad illius editionem halensem anni MDCCXXXVII. p. 15. et ad LVTHERI *oper. germanic. halens. tom.* VIII p. 13. *tom.* IX. p. 4.

*** exstat *operum* eius *tomo* I. p. 382.

MATTHAEI BETVLEII *epistola Paulli ad Galatas, paraphrasi et explicatione controuersiarum illustrata*, Halae MDCXII. MDCXVII. 8.

BARTHOLOMAEI BATTI *commentarii in epistolam ad Galatas*, Gryphiswaldiae MDCXIII. 4.

IO. HIMMELII *commentarius in epistolam ad Galatas et in epistolam ad Philemonem*, Ienae MDCXLI. 4.

CAROLI LITHMANNI *συζήτησις sacra super epistolam Paulli ad Galatas*, Vpsaliae MDCXLI. 4. *

IO. WEINMANNI *collegium Galatinum, hoc est, exercitationes biblicae in diuinam apostoli Paulli ad Galatas epistolam*, Altorfii MDCXLVII. 4. Exhibetur tantum pars prior operis, quae expositionem trium priorum capitum epistolae ad Galatas complectitur ac sex decemque disputationibus constat, ab anno MDCXXXIX ad annum MDCXLVI. defensis. Pars posterior lucem haud vidit: **

IO. ELAI TERSERI *analysis epistolae Paulli ad Galatas, quinque dissertationibus absoluta*, Vpsaliae MDCXLIX. 4. ***

IVSTI FEVRBORNII *expositio epistolae Paulli ad Galatas*, Giessae MDCLIII. MDCLXIX. 4. qua maxime dogmata cum controuersiis explanantur:

CHRISTIANI CHEMNITII *collegium theologicum in epistolam ad Galatas*, Ienae MDCLVI. MDCLXIII. 4.

ANDREAE KVNADI *disputationes in epistolam Paulli ad Galatas*, Vitembergae MDCLVIII. 4. quae ita conscriptae sunt, vt epistolam hanc multum illustrent, siue ad verba; siue ad res ac dogmata illius respicias:

DANIELIS LAGI *commentatio quadripartita in epistolam ad Galatas*, Gryphiswaldiae MDCLXIV. 4.

BALTHASARIS STOLBERGII *lectiones publicae in epistolam ad Galatas*, Vitembergae MDCLXVII. 4. quae eruditae sunt ac linguae graecae amatoribus recte commendantur:

HIERONYMI KROMAYERI *commentarius in epistolam Paulli ad Galatas*, cum *Io. Adami Scherzeri* praefatione, Lipsiae MDCLXX.

* SCHEFFERI *Suecia litterata* p. 174.

** ZELTNERI *vitae theologorum altorfinorum* p. 263.

*** SCHEFFERVS *dicto loco* p. 193.

MDCLXX. 4. qui liber est mediocris vtilitatis. Complectitur ille tantum liberiorem interpretationem, vna cum iis, quæ ex Paulli dictis de controuersis doctrinæ capitibus sequuntur: *

SEBASTIANI SCHMIDII *in Paulli ad Galatas epistolam commentatio*, Kilonii MDCXC. 4. ** Hamburgi MDCXCVI. 4. *** MDCCIV. 4. vna cum eiusdem commentariis ac paraphrasibus in quasdam alias Paulli epistolas, quam editionem antea recensui. Epistolæ ad Galatas singula capita Schmidius illustrauit cum per analysin adcuratiorem; tum per explicationem perspicuam solidamque ac quamuis sectatus sit breuitatem; multa tamen commentatus est, quæ erudita atque vtilia sunt ac dictæ epistolæ lucem præbent:

PHILIPPI IACOBI SPENERI *erklärung der epistel an die Galater des hocherleuchteten apostels Paulli, in der, necbst dem buchstäblichen verstand, die daraus fliessende glaubenslehren vnd lebensregeln von versicul zu versicul vorgelegt werden*, Francofurti ad Mœnum MDCXCVII. et MDCCXIV. 4. quæ interpretatio præ aliis commendatione digna est: *

IO. GVIL. BAIERI *explicatio epistolæ ad Galatas*, quæ eiusdem *compendio theologiæ exegeticæ*, Francofurti MDCXCVIII. 8. subiuncta est:

FRIDERICI WEISII *commentarius in epistolam ad Galatas*, Helmstadii MDCCV. 4. Ea ratione commentarius hic compositus est, vt maxime illis inseruiat, qui oracula diuina epistolæ huius in orationibus sacris explicare debent voluntque; præterea autem multa auctor adfert, quæ a re principali enarranda discedunt atque aliena sunt: **

IO. FRIDERICI MAYERI *Paullus, Suecorum apostolus, dissertationibus academicis in epistolam ad Galatas repræsentatus*, Gryphiswaldiæ MDCCIX. Continentur dissertationibus his breuiores theses, quod ad magnam earum partem attinet, ex LVTHERI *commentario in epistolam ad Galatas* haustæ

* LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 846.
** *acta eruditorum* MDCXC. p. 490.
*** LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 817.
* *ibidem* p. 847.
** *vnschuldige nachrichten*, 1706. p. 661.

haustæ ac pontificiis, reformatis et præsertim, vti vocantur pietistis oppositæ. Titulus longe arcessitus est atque adfectatus. Adpellatur Paullus Suecorum apostolus, quod euangelium in Suecia ab apostolis, præcipue ab Andrea, adnuntiatum sit; vel quia Sueci potissimum Paulli doctrina nitantur: immo quodam modo adfirmari possit, Paulli epistolam ad Galatas ad istos pertinere: *

ANDREAE MVRRAY *erklärung der epistel Paulli an die Galater*, Lipsiæ MDCCXXXIX. 8. cuius libri auctor operam in eo posuit, vt ostenderet, quomodo singulæ partes epistolæ inter se cohæreant ac qualis sit verborum sensus: **

IO. IACOBI RAMBACHII *exegetische vnd porismatische erklärung der episteln Paulli an die Galater vnd an den Titum*, Giessæ MDCCXXXIX. 4. quos commentarios post auctoris obitum *Conradus Caspar Griesbachius* iuris publici fecit. Eo, quo epistola ad Galatas explanatur, Rambachius adcuratum ordinem sequitur: caput atque argumentum quoduis in partes suas diuidit: voces easque obscuriores explicat: dogmata, a Paullo tradita, præsertim de iustificatione, ab aduersariis defendit ac denique porismata subiungit, fidei pariter ac vitæ. ***

ADAMI STRVENSEE *erklärung des briefes an die Galater*, Flensburgi MDCCLXIV. 4. cuius interpretationis ea laudabilis ratio est, vt non solum Paulli sermo in suas partes diuidatur harumque nexus adcurate ostendatur; sed verba quoque dictionesque vna cum rebus ipsis diligenter explicentur. Quodam modo et huc referri potest: CAROLI GOTTLOBII HOFMANNI *introductio theologico-critica in lectionem epistolæ Paulli ad Galatas et Colossenses*, Lipsiæ MDCCL. 4. quam postea iterum recensendi, habebo occasionem.

2) *Reformatorum*

CASPAR. MEGANDRI *commentarius in epistolam Paulli ad Galatas*, Tiguri MDXXXIII. 8.

SEBA-

* *noua litterar. hamburg.* MDCCIX. p. 226. ARNDII *bibliothec. Mayeri biblica continuat.* p. 133.
** *samlung von alten vnd neuen theol. sachen*, 1739. p. 513. LILIENTHALII *fortgesezte theol. bibliothec* p. 1027.
*** LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 847.

SEBASTIANI MEYERI *adnotationes in epistolam ad Galatas*, Bernæ MDXVI. Hanouiæ MDCII. 8.

WOLFGANGI MVSCVLI *commentarius in epistolam ad Galatas et Ephesios*, Basileæ MDLXI. MDLXIX. fol.

IO. IACOBI GRYNAEI *analysis epistolæ ad Galatas*, Basileæ MDLXXXIII. 4.

ROBERTI ROLLOCI *commentarius in epistolam ad Galatas*, Londini MDCII. Geneuæ MDCIII. 8.

GVIL. PERKINSI *commentarius in epistolam ad Galatas*: *

THOMAE LVSHINGTONI *commentarius in epistolam ad Galatas*, anglice, Londini MDCL. fol.

GVIL. MOMMAE *meditationes posthumæ in epistolas ad Romanos et Galatas*, Hagæ comitum MDCLXXVIII. 8. quarum iam supra mentionem feci:

IO. VAN DER WAEYEN *de brief tot den Galaten, koortelyck verklaart*, Leouardiæ MDCLXXXII. 8. latine sub titulo: *analysis quadripartita epistolæ ad Galatas*, Franeckeræ MDCLXXXI. 4. **

IO. STEENGRACHTI *schat vit oud en nieuw; of vitlegging des brieus Paulli aan de Galaten*, Enchusiæ MDCLXXXVIII. 4. qui commentarius erudite ac diligenter compositus est. Quum auctor locum habuit inter eos, qui ius legesque interpretantur, ad epistolam hanc illustrandam eo inprimis consilio se contulit, vt voces dictionesque, iurisprudentiæ proprias atque a Paullo vsurpatas, explicaret. Laudatur opus hoc laudeque omnino dignum est: ***

MELCHIORIS LEYDEKKERI liber de *mente Paulli in epistola ad Romanos et Galatas*, Traiecti ad Rhenum MDCXCIV. 8. qui inter commentarios quidem a nonnullis refertur; minus autem apte, quum ille ad certa tantum loca spectat:

THEO-

* In *operibus* eius, quæ in lucem prodierunt anglice Cantabrigiæ MDCI. Londini MDCIII. latine Geneuæ MDCXI. tribus tomis fol.

** primum locum habet in eiusdem *variis sacris*, quæ Franeckeræ MDCXCIII. 4. in lucem emissa sunt.

*** *boekzaal van Europe* MDCXCVIII. *part.* II. p. 215. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 852.

THEODORI AKERSLOOTI *de sendbrief van Paullus a de Galaten*, Lugduni Batauorum MDCXCV. 4. * germanice sub titulo: *schriftmäßige erklärung vnd auslegung vber den allgemeinen sendbrief des apostels Paulli an die Galater*, interprete *Conrado Brusskenio*, Bremæ MDCXCIX. 4. ** Eam commentandi rationem auctor adhibet, vt primum summam capitis cuiusuis ante oculos ponat: deinde verba vna cum ipsis rebus explicet ac denique ostendat, quomodo omnia inter se cohæreant ac qualis sit illorum scopus. Ita composita est expositio hæc, vt iure commentariis, qui optimi sunt, adnumeretur:

IO. LOCKII *paraphrase and notes on the epistle of saint Paul to the Galatians*, Londini MDCCV. MDCCXXXIII. 4. de qua liberiore interpretatione iam supra a me expositum est, quum Lockii paraphrases in quasdam Paulli epistolas coniunctim enarraui:

MARGARETH. VAN DYCK *korte aanmerking ouer den brief van den apostel Paullus aan de gemeente te Galatie*, Amstelodami MDCCX. 8. qui liber a femina quidem belgica eaque, vt videtur, ex mennonitarum familia conscriptus est; non contemni tamen ille debet. Sunt in eo varia, quæ ad epistolam hanc intelligendam lucem præbent atque vtiliter legi possunt: ***

SERVATII HAZEVOETI *de brieuen van den apostel Paullus aan de gemeenten der Galaten en Colossensen ontleed, verklærd en betoogt*, Lugduni Batauorum MDCCXX. 4. qui id præcipue egit, vt non aliorum; sed proprias sententias libere adferret: *

CAMPEGII VITRINGAE *de brief van de apostel Paullus aan de gemeente der Galaten, als mede aan Titum*, Franeckeræ MDCCXXVIII. 4. Opus est, quod post mortalitatem auctoris finitam lucem vidit, quumque Vitringa expositionem hanc auditoribus suis latine tradidisset, illa in sermonem bel-

* *actor. erudítor. supplement. tom.* III p 71.

** LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 849.

*** *ibidem* p. 982.

* *ibidem* p. 854.

belgicum postea conuersa fuit. Multa in ista sunt digna, quae legantur ac laude ornentur: *

IO. PLEVIER *Paullus brief aan de Galatiern na't oogmerk verklaard*, Traiecti ad Rhenum MDCCXXXVIII. 4. Praeclarus est commentarius hic iisque merito multum commendandus, qui studia sua ad epistolam hanc intelligendam atque explicandam conferunt. Luculenter ille testatur de auctoris eruditione sacra ac profana deque eiusdem pietate. **

3) *Pontificiorum*

HIERONYMI SERIPANDI *commentarius in epistolam Paulli ad Galatas et responsiones ad quaestiones ex huius epistolae textu*, Antuerpiae MDLXV. MDLXVII. 8. Venetiis MDLXIX. MDLXXXVI. 4. Memorantur etiam eiusdem *commentaria in epistolam Paulli ad Romanos et in epistolam ad Galatas*, Lugduni MDXLI. 8. Neapoli MDCI. 4.

ADAMI CONTZENII *commentarius in epistolas Paulli ad Corinthios et ad Galatas*, Coloniae et Moguntiae MDCXXXI. fol.

Ex *socinianorum* ordine referendus huc est IO. CRELLIVS, cuius exstat: *commentarius in epistolam Paulli apostoli ad Galatas, ex praelectionibus eius potissimum conscriptus a Iona Slichtingio a Bukowiec*, Racouiae MDCXXVIII. 8. ***

COMMENTARII IN PAVLLI EPISTOLAM AD EPHESIOS

1) *Lutheranorum*

ERASMI SARCERII *adnotationes in epistolas ad Galatas et Ephesios, pro rhetorica dispositione ad vsum concionatorum conscriptae*, Francofurti MDXLI. 8.

GEORGII MAIORIS *enarratio epistolae Paulli scriptae ad Ephesios*, Vitembergae MDLII. 8. *

HIERO-

* LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 855.

** *acta eruditor.* MDCCXL. p. 339. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 857.

*** BAVMGARTENII *nachrichten von merckwürdigen büchern volum.* XI. p. 30. Est quoque commentarius hic in CRELLII *operum exegetic. tom.* I. p. 373.

* *tomo* I. *operum* eius p. 551.

HIERONYMI WELLERI *commentarius in epistolam Paulli ad Ephesios*, Noribergæ MDLIX. 8. *

GEORGII WEINRICHII *explicatio epistolæ Paulli ad Ephesios*, Lipsiæ MDCXIII. 4.

BARTHOLOMAEI BATTI *commentarius in epistolam ad Ephesios*, disputationibus XXI. exhibitus, Gryphiswaldiæ MDCXIX. 4.

IO. MEELFVHRERI *commentarius in epistolas Paulli ad Ephesios, Philippenses et in primam ad Timotheum*, Norimbergæ MDCXXVIII. 4. **

MENNONIS HANNEKENII *explicatio Paulli epistolæ ad Ephesios*, Marpurgi MDCXXXI. 4. Ienæ MDCCXXXI. 4. cuius posterioris editionis curam suscepit *Laurentius Reinhardus*; nec solum opusculum variis obseruationibus locupletauit; sed etiam adiunxit: IO. FRIDERICI BVRGII *epistolam Paulli apostoli ad Ephesios, analysi logica cum spicilegio obseruationum philologicarum instructam*, quam ille disputatione academica Lipsiæ MDCCVIII. exhibuit. Præfatus est *Io. Reinhardus Rus* satis copiose. *** Explicatio ipsa breuis est; nec sufficit ad epistolam hanc adcurate pleneque intelligendam:

IO. TARNOVII *commentarius in epistolas Paulli ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses et ad Thessalonicenses*, Rostochii MDCXXXVI. 4.

CHRISTOPHORI ALTHOFERI *animaduersiones sacræ in epistolam ad Ephesios*, disputationibus sex comprehensæ, Altorfii MDCXLI. 4.

PETRI IO. WANDALINI *paraphrasis in epistolam ad Ephesios*, Slesuici MDCL. 8.

DANIE-

* *operum* eius *latinor.* quæ Lipsiæ MDCCII. fol. prodierunt, *sectione* I. p. 671.

** ita librum hunc recenset LE LONG *bibliotheca sacr.* p. 855. secutus, vt videtur, LIPENIVM *bibliothec. theologic. part.* I. p. 597. eum autem omnino lucem vidisse modo, quo ille adducitur, adseuerare non possum.

*** *samlung von alten vnd neuen theolog. sachen*, 1732. p. 316. 1733. p. 120. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 858. ARNDII *bibliotheca Mayeri biblica continuata* p. 136.

DANIELIS LAGI *commentatio quadripartita super epistolam ad Ephesios*, Gryphiswaldiae MDCLXIV. 4.

SEBASTIANI SCHMIDII *paraphrasis super epistolam ad Ephesios*, Argentorati MDCLXXXIV. MDCXCIX. 4. *

PHILIPPI IACOBI SPENERI *erklärung der episteln an die Epheser vnd Colosser des apostels Paulli, in der necbst dem wortuerstand, die daraus fliessende glaubenslehren vnd lebensregeln von versicul zu versicul vorgelegt werden*, Halae MDCCVI. et iterum MDCCXXX. 4. In lucem prodiit liber hic post auctoris obitum, cura *Augusti Hermanni Franckii*, qui et praefationem praemisit illumque merito commendauit, praesertim litterarum sacrarum studiosis ac ministris verbi diuini. Natus iste est ex concionum exordiis, quas Spenerus Francofurti recitauit: **

DANIELIS PFEFFINGERI *dissertationes in epistolam ad Ephesios*, Argentorati ab anno MDCCXI.

GOTTLOBII FRIDERICI GVDII *grundliche erleuterung des lehrreichen briefes an die Epheser*, cum *Bernardi Waltheri Marpergeri* praefatione, Laubanae MDCCXXXV. 8. *** Inquisiuit auctor diligenter in sensum verborum vtque illum illustraret pariter ac confirmaret, notas adiecit. Quae exhibetur, versio epistolae germanica noua non multum differt a paraphrasi; siue interpretatione liberiore Referri et huc potest eiusdem *commentatio de ecclesiae ephesinae statu*, Lipsiae MDCCXXXII. 8. vbi multa tradita sunt, quae ipsi epistolae lucem adferunt. *

2) *Reformatorum*

CASPARIS MEGANDRI *commentarius in epistolam ad Ephesios*, Basileae MDXXXIV. 8.

WOLF-

* exstat in eiusdem *fasciculo disputationum analytico-paraphrasticarum*, vna cum *paraphrasi super epistolam Iacobi: sermonem christi in monte: canticum Zachariae.*

** LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 857.

*** ALETHAEI *berichte von commentar. vber die schrift part.* VIII. p. 88. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 980.

* *deutsche acta eruditor. volum.* XIV. p. 660 COLERI *auserlesene theolog bibliothec volumin.* V. p. 845. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 980.

WOLFGANGI MVSCVLI *commentarius in epistolas ad Galatas et Ephesios*, Basileae MDLXI. MDLXIX. fol.

MARTINI BVCERI *praelectiones in epistolam Paulli ad Ephesios, habitae Cantabrigiae in Anglia anno* MDL. et LI. Basileae MDLXII. fol. Iuris publici *Immanuel Tremellius* illas fecit: *

HENRICI BINEMANNI *expositio in epistolam Paulli ad Ephesios*, Londini MDLXXXI. 4.

ROBERTI ROLLOCI *commentarius in epistolam ad Ephesios*, Geneuae MDXCIII. MDCVI. 8.

HIERONYMI ZANCHII *commentarius in epistolam ad Ephesios*, Neostadii MDXCIV. fol. Praemissa est oratio de aperiendis in ecclesia scholis deque opera, sacrarum litterarum studiis praecipue danda: **

IO. CROCII *commentarius in epistolam ad Ephesios*, Cassellis MDCXLII. 8.

ROBERTI BODII *in epistolam Paulli apostoli ad Ephesios praelectiones supra* CC. *in quibus praeter textus apostolici adcuratam analysin et explicationem copiosam ac dilucidam, passim interseruntur locorum communium, quaestionum et controuersiarum tractationes*, Londini MDCLII. Geneuae MDCLXII. fol. Opus hoc, quod post auctoris obitum filius eius primum in Anglia ad vsum publicum transtulit, magnum est atque a nonnullis multum laudatur; locum autem inter commentarios vix tueri potest. Quum enim Paullus in epistola hac multa dogmata fidei ac vitae tradidit, Bodius illa copiose enarrauit ac simul ea persequutus est, quae ad controuersias pertinent. A quibus si abstinuisset atque ea tantum illustrasset, quae apostolus scripsit, sane mediocre volumen idque vtilius ac commodius potuisset exhibere: ***

HERMANNI GERBADEN *het heiligdom, den heidenen geopent door den brief van Paullus geschreenen aan die van Ephe-*

---

¹ FREYTAGII *adparatus litterarius* p. 356. Editionis, quae fit sine nota loci et anni, sub titulo: *commentarius in epistolam ad Ephesios*, 8. mentio fit in FABRICII *historia bibliothecae part.* VI. p. 391.

* FABRICII *histor. bibliothec part.* I. p. 351. Exstat commentarius hic in ZANCHII *operum theologicor. tomo* VI. p. 1.

** LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 609.

Ephesen, Traiecti ad Rhenum MDCCVII. 4. qui commentarius cum diligentia atque eruditione elaboratus est; quasdam autem singulares atque a communibus discrepantes expositiones complectitur: *

ANONYMI *adnotationes in vetus testamentum et in epistolam ad Ephesios*, Amstelodami MDCCX. 8. Auctor non notus est. Liber ipse antea in Anglia prodiit. Adnotationes sunt breuiores ac maxime theologicae: **

HERMANNI ALEXANDRI ROELL *commentarius in principium epistolae ad Ephesios*, Traiecti ad Rhenum MDCCXV. 4. qui quamuis sit amplior; eo tamen epistola ad Ephesios tantum ab initio vsque ad versum XIV. capitis primi illustratus. *** Post auctoris mortem cura filii, *Dionysii Andreae*, iste non solum iterum litteris descriptus est; sed accessit quoque: *commentarii in epistolam Paulli ad Ephesios pars altera, cum breui epistolae Paulli ad Colossenses exegesi*, Traiecti ad Rhenum MDCCXXXI. 4 Ita integrum opus duobus tomis absoluitur ac pleniorem dictae epistolae interpretationem exhibet. Multa in eo sunt, quae vtilitatem promittunt ac merito laudari debent, siue ad vocum dictionumque explicationem; siue ad sententiarum ordinem ac connexionem respiciamus. In gratiam tamen ecclesiae reformatae auctor ea tradidit, speciatim de decreto absoluto, quae minus probari possunt. Praefatione, quam nominatus filius praemisit, defendit ille patrem contra tritheismi adcusationem: *

SERVATII HAZEVOETI *de brieuen aen de gemeenten der Ephezen en Filippenzen ontleed, verklaert en betoogt*, Lugduni Batauorum MDCCXVIII. 4. cuius interpretis iam antea mentionem feci: **

PETRI DINANTII *de brief aan die van Efeze, verklaart en toegepast*, Roterodami MDCCXI. MDCCXXII. 4. duobus voluminibus. Quae exhibetur, explicatio plene ac diligen-

 ter

* *actor. eruditor. suppl. tom.* IV. p. 346. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 862.

** BERNARDI *nouuelles de la republique des lettres* MDCCX. *iul.* p. 51.

*** *acta eruditor.* MDCCXV. p. 194. *vnschuldige nachrichten*, 1715. p. 351.

* *nouor. actor. eruditor. supplement tomo* II. p. 129. 207.

** LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 854.

ter conscripta est. Antequam auctor ad ipsam interpretationem adgreditur, differit ille de scriptore diuinaque auctoritate epistolæ huius: de Ephesiis, ad quos ea exarata est, de tempore eiusdem, atque alia antiquitatis argumenta illustrat. In expositione vtitur quidem tractandi ratione, quæ oratorum sacrorum propria est; cuncta tamen, quæ Paullus scripsit, non sine eruditione explanat: *

SALOMONIS VAN TIL *commentarius in epistolam ad Ephesios*, cum eiusdem *commentario in epistolas priorem ad Corinthios, Philippenses ac Colossenses*, editus Amstelodami MDCCXXVI. 4. ac iam supra memoratus:

ALBERTI ROYAARDS *de kennis der waarheit, die naar de godzaligheit is, in de hope des eeuwigen leuens, klaar ontdekt, kragtig betoogt en eernstig aangedrungen, in Paullus brief aan de Ephesers, schriftmatig verklaart*, Amstelodami ab anno MDCCXXXV. 4. tribus voluminibus, qui commentarius, ex orationibus sacris natus, copiosus est ac laudatur ob diligentiam atque doctrinam: **

HIERONYMI VAN ALPHEN *specimen analyticum in epistolam Paulli ad Ephesios*, Traiecti ad Rhenum MDCCXLII. 4. vbi quidem commentarius haud quærendus est; multa tamen inueniuntur, quæ epistolæ huic lucem præbent. Constat liber hic quatuor dissertationibus, quarum tres priores historiam epistolæ egregie illustrant; quarta autem atque vltima in tabulis exhibet illius analysin non solum generatim; sed etiam speciatim singularum partium, quæ et præcipue caussa est, cur librum hunc iam recenseam: ***

3) *Pontificiorum* [1]

IACOBI NACLANTI *enarrationes in epistolam ad Ephesios et ad Romanos*, Venetiis MDLIV. Lugduni MDLXX. 8. *

PETRI STEVARTII *commentarius in epistolam ad Ephesios*, Ingolstadii MDXCIII. 4.

AVGV-

[1] *bibliotheca bremens. class.* v. p. 533. *republyck der geleerden* MDCCXXI. *nou.* p. 425. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 863.

* LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 864.

** *acta eruditorum* MDCCXLIV. p. 152. GERDESIVS *miscellan. duisburg. tom.* II. p. 178. *miscellan groning. tom.* I. p. 332.

* exstant etiam in eius *operib. theolog.* Venetiis MDLXVII. Lugduni MDCLVII. fol.

AVGVSTINI DE QVIROS *commentarius in epistolam Paulli ad Ephesios*, qui cum aliis eiusdem commentariis prodiit, Hispali MDCXXII. fol. Lugduni MDCXXIII. 4.

4) *Socinianorum*

IO. CRELLII *commentarius in epistolam ad Ephesios*: *

CHRISTIANI FENDII, qui vti fanaticis atque indifferentistis; ita socinianis quoque iure adnumeratur, *Paulli vortrefflicher brief an die Epheser, aus dem grund vbersetzet vnd erläutert, nebst zweyen am ende angefugten anmerckungen, als von der hauptsächlichen wiederzusammenfassung aller dinge in christo, wie auch von desselben sendung von gott in der gleichheit des fleisches der sunde*; sine indicio loci MDCCXXVII. 4. qui liber absurdus est atque impius, siue ad illius nouam versionem germanicam epistolae huius; siue ad explicationem istius animum aduertamus. Sparsi in eo sunt errores varii generis; nec leuioris momenti. **

COMMENTARII IN PAVLLI EPISTOLAM AD PHILIPPENSES

1) *Lutheranorum*

CHRISTOPHORI HOFFMANNI *commentarius in epistolam ad Philippenses*, Basileae MDXLI. 8.

GEORGII MAIORIS *enarratio epistolae Paulli ad Philippenses*, Vitembergae MDLIV. MDLXI. 8. cum commentariis in epistolas ad Colossenses ac Thessalonicenses: ***

HIERONYMI WELLERI *commentarius in epistolam Paulli ad Philippenses et Thessalonicenses*, Noribergae MDLXI. 8. *

GEORG. WEINRICHII *explicatio epistolae ad Philippenses*, Lipsiae MDCXV. 4.

BARTHOLOMAEI BATTI *commentarius in epistolam ad Philippenses*, XVII. disputationibus exhibitus, Rostochii MDCXXVII. 4.

* in *operum eius exegeticor. tom.* 1. p. 473.

** *samlung von alten vnd neuen theolog. sachen*, 1731. p. 48. *nachrichten von einer hällischen bibliothec volum.* VII. p. 197. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 858.

*** *operum* eius *tom.* 1. p. 729.

* *oper. eius latinor. section.* 1. p. 774.

IO. MEELFVHRERI *epiſtola Paulli ad Philippenſes, commentationibus perſpicuis enarrata*, Noribergæ MDCXXVIII. 4.

CHRISTOPHORI ALTHOFERI *obſeruationes ſacræ; ſeu commentariolus in epiſtolam* Paulli *ad Philippenſes*, Altorfii MDCXLI. 4. quæ quatuor diſputationibus abſoluuntur:

BALTHASAR. SCHEIDII *ſeptenarius diſputationum græcarum philologicarum in epiſtolam ad Philippenſes*, Argentorati MDCLXVIII. 4.

IOACHIMI IVSTI BREITHAVPTI *animaduerſiones exegeticæ et dogmatico-practicæ in epiſtolam Paulli ad Philippenſes*, Halæ MDCXCIII. et MDCCIII. 4. quæ præcipue ad vitam chriſtianam eiusque exercitationem piam ſpectant; ita tamen, vt ipſi quoque epiſtolæ lucem adferant:

ANTONII FRIDERICI BVSCHINGII *introductio hiſtorico-theologica in epiſtolam Paulli ad Philippenſes*, cum *Sigismund. Iacobi Baumgartenii* præfatione, Halæ MDCCXLVI. 4. quo opuſculo non commentarius quidem continetur, vt ipſe titulus oſtendit; illud tamen enarratis expoſitionibus adiungi poſſe, exiſtimaui, quoniam ex illo loca varia epiſtolæ illuſtranda ſunt ac præterea intelligendum, qualis partitio dictæ epiſtolæ fieri debeat: *

2) *Reformatorum*

WOLFGANGI MVSCVLI *commentarius in epiſtolas ad Philippenſes, Coloſſenſes, Theſſalonicenſes et in primam ad Timotheum*, Baſileæ MDLXV. MDLXXVIII. MDXCV. fol.

CASPAR. OLEVIANI *notæ in epiſtolas ad Philippenſes et Coloſſenſes*, Geneuæ MDLXXX. 8.

BENEDICTI ARETII *commentarii in epiſtolas Paulli ad Philippenſes, Coloſſenſes et vtramque ad Theſſalonicenſes*, Morgiis MDLXXX. 8. **

HIERONYMI ZANCHII *commentarius in epiſtolas ad Philippenſes, Coloſſenſes et Theſſalonicenſes*, Neoſtadii MDXCV. fol. *** .

HEN-

* KRAFTII *theolog. bibliothec volum.* I. p. 589. *ſamlung von alten und neuen theolog. ſachen*, 1747. p. 553. *nachrichten von den neuſten theolog. büchern volum.* V. p. 771.

** FABRICII *hiſtoria bibliothecæ pars.* VI. p. 420.

*** locum ille obtinuit in eiusdem *operum theologicorum* tomo VI. *part.* 2. p. 2.

4. Postquam auctor de ipsa epistola eiusque hi... ratione commentatus est, analysis ac paraphrasis cum explicatione breuiore sequitur liberque ipse ...a se commendat: *

...ENRICI SVICERI *in epistolam Paulli ad Colossen... ...tarius critico-exegeticus, theologiae christianae com...*, Tiguri MDCXCIX. 4. Adpellauit Suicerus com... ...m hunc *theologiae christianae compendium*, quoniam ...it, omnia dogmata religionis nostrae epistola ad Co... breniter contineri. Dixit ille multa, quae ab aliis ...ibus non dicta sunt: **

...ENTIS STRESONIS *meditationes in Paulli epistolam ...enses, per quas seductores, contra quos epistola dire... ...guntur et emphases verborum ex scopo apostoli breui... ...clare demonstrantur*, Amstelodami MDCCVIII. 8. ...auctor persuadet sibi, Paullum epistolam ad Colos... ...o consilio exarasse, vt philosophiae genus cabbalisti... quod iudaei sectati sunt, impugnaret, et ad scopum ...erpretationem epistolae huius referendam esse, sta... In sermonem belgicum *meditationes* has transtulit ... filius, *Zacharias Iacobus*, easque sub titulo: *medi... ...over den zendbrief aan de Colossensen* edidit, Amstelo... MDCCXXIV. 4. *

...RVATII HAZEVOETI *de brieuen van den apostel Paul... ...de gemeenten der Galaten en Colossensen ontleed, ver... ...en betoogt*, Lugduni Batauorum MDCCXX. 4. cuius ...entarii antea mentionem feci:

...ALOMONIS VAN TIL *commentarius in Paulli episto... ...Colossenses*, qui cum eius *commentario in epistolas prio... ...Corinthios, Ephesios ac Philippenses* prodiit, Amstelo... MDCCXXVI. 4.

HER-

...LIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 870.
...ERNARDI *nouuelles de la republique des lettres* MDCCI. *august.* ...116. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 869.
...iournal des sauans* MDCCIX. *septembr.* p. 476. BERNARDI *nou... ...les de la republique des lettres* MDCCVIII. *mai.* p. 500. *vnschul... ...ge nachrichten*, 1708. p. 294. LILIENTHALII *exegetische biblio... ...c* p. 942.
...*...ung von alten vnd neuen theolog. sachen*, 1725. p. 169.

IO. WIGANDI *adnotationes in epistolam Paulli ad Colossenses*, Vitembergæ MDLXXXVI. 8. *

TILEMANNI HESHVSII *commentarius in epistolam ad Colossenses*, Magdeburgi MDXCIV. 8. qui et cum eiusdem commentariis in reliquas Paulli epistolas prodiit, quemadmodum supra memoraui:

GEORGII WEINRICHII *explicatio epistolæ Paulli ad Colossenses*, Lipsiæ MDCXV. 4.

MATTHAEI TVRNEMANNI *medulla meditationum in epistolam ad Colossenses*, Francofurti MDCXXV. 4.

BARTHOLOMAEI BATTI *commentarius in epistolam ad Colossenses*, Rostochii MDCXXVIII. 4.

CHRISTOPHORI ALTHOFERI *obseruationes sacræ; seu commentariolus in diuinam ad Colossenses epistolam Paulli*, Altorfii MDCXLIII. 4. quæ septem disputationibus, MDCXXXII. et MDCXXXIII. Altorfii publice defensis, absoluuntur: **

IO. GERHARDI *adnotationes posthumæ in epistolam ad Colossenses*, quas filius eius, *Io. Ernestus*, analectis auxit atque in lucem emisit, Ienæ MDCLX. 4. Multa commentario hoc continentur, quæ ad epistolam hanc, feliciter interpretandam, adiumenta præbent: ***

IO. ANDREAE QVENSTEDTII *disputationes exegeticæ in epistolam ad Colossenses*, Vitembergæ MDCLXIV. 4. quæ itidem cum vtilitate legendæ sunt:

MICHAELIS RAGERI *exegesis epistolæ ad Colossenses*, quæ vna cum *exegesi epistolarum ad Galatas*, *Ephesios*, *Philippenses et Thessalonicenses* lucem vidit, Lubecæ MDCLXIX. 4.

SEBASTIANI SCHMIDII *in Paulli ad Colossenses epistolam commentatio. Accedunt eiusdem paraphrases capitum* VII. VIII. IX. X. et XI. *ad Romanos*, *epistolæ prioris ad Corinthios*, *prioris et posterioris ad Thessalonicenses*, *prioris ad Timotheum*, *epistolæ ad Philemonem*, *vt et cantici Mariæ*, Hamburgi MDCXCI. * MDCXCVI. ac cum eiusdem *commentario* *in*

* FABRICII *historia bibliothec. part.* VI. p. 420.

** ZELTNERI *vitæ theologor. Altorphinor.* p. 282.

*** ALETHAEI *berichte von commentariis vber die schrift part.* V. p. 373.

* *acta eruditor.* MDCXCI. p. 90.

in epiſtolam ad Romanos et Galatas, ibidem MDCCIV. 4. quae Schmidii ſcripta exegetica iam antea recenſui:

FRIDERICI RAPPOLTI *obſeruationes in epiſtolam Paulli ad Coloſſenſes, ad quatuor ſcripturae vſus adcommodatae*, quae maxime dogmata, in epiſtola hac tradita, illuſtrant: *

PHILIPPI IACOBI SPENERI *erklärung der epiſtel an die Epheſer vnd Coloſſer des hocherleuchteten apoſtels Paulli*, Halae MDCCVI. et MDCCXXX. 4. quem librum iam antea adduxi ac commendaui:

IO. IACOBI RAMBACHII *erklärung der epiſtel Paulli an die Coloſſer*, Gieſſae MDCCXL. 4. quam explicationem poſt auctoris mortem *Conrad. Caſpar Griesbachius* iuris publici fecit. Inter optimas epiſtolae huius expoſitiones iure locum illa tenet. ** Accedat veluti adpendix CAROLI GOTTLOBII HOFMANNI erudita laudeque digna *introductio in lectionem epiſtolae Paulli apoſtoli ad Coloſſenſes*, Vitembergae MDCCXLIX. 4. ac cum eiusdem *introductione in lectionem epiſtolae Paulli ad Galatas*, Lipſiae MDCCL. 4. *** Quamuis enim illa non commentarium complectatur; tamen ita ſcripta eſt, vt ab ea multam variamque lucem exſpectare poſſit, qui ad dictam epiſtolam explanandam accedit.

2) *Reformatorum*

WOLFGANGI MVSCVLI *commentarius in epiſtolam ad Coloſſenſes*, qui coniunctim cum eiusdem *commentariis in epiſtolas ad Philippenſes, Theſſalonicenſes et in primam ad Timotheum* prodiit, Baſileae MDLXV. MDLXXVIII. MDXCV. fol.

BENEDICTI ARETII *commentarii in epiſtolas Paulli ad Philippenſes, Coloſſenſes et vtramque ad Theſſalonicenſes*, Morgiis MDLXXX. 8. quos iam antea memoraui:

CASPAR. OLEVIANI *notae in epiſtolam ad Coloſſenſes*, vna cum *notis in epiſtolam ad Philippenſes*, Geneuae MDLXXX. 8.

Yy 5 10.

* ſunt illae in eiusdem *operum theologicorum*, quae Lipſiae MDCXCII. 4. prodierunt, *tomo* I. p. 713.

** LILIENTHALII *fortgeſezte theol. biblioth.* p. 1019.

*** KRAFTII *theolog. bibliothec. volum.* V. p. 692.

IO. IACOBI GRYNAEI *explicatio epistolae ad Colossenses*, Basileae MDLXXXV. 8.

ROBERTI ROLLOCI *commentarius in epistolam ad Colossenses*, Geneuae MDCII. 8.

THOMAE CARTWRIGHT *commentary on the Colossians*, Londini MDCXII. 4.

EDVARDI ELTONI *exposition of the epistle to the Colossians*, Londini MDCXV. 4. ibidem MDCXX. MDCXXXI. fol.

NICOLAI BYFIELD *an exposition vpon the epistle to the Colossians*, Londini MDCXXVII. fol. qui commentarius eruditis multum se commendauit. Cuiusuis capitis adcuratior partitio ac perspicua paraphrasis exhibetur: qualis sit singularum vocum significandi vis, diligenter ostenditur; praeter haec autem, id maxime agit auctor, vt dogmata vitae christianae enarret animosque ad sanctimoniae studia incitet: *

IOANNIS *sarisburiensis*; siue IO. DAVENANTII *expositio epistolae Paulli ad Colossenses*, Cantabrigiae MDCXXVII. MDCXXX. MDCXXXIX. fol. Amstelodami MDCXLVI. Groningae MDCLV. 4. qui operam suam maxime ad id contulit, vt litterarum sensum indagaret: **

ROBERTI FERGVSSONI *commentarius in epistolam ad Colossenses*, vna cum *commentario in quinque priora capita epistolae ad Galatas: in epistolas ad Ephesios et ad Philippenses*, Londini MDCLVIII. 8.

IO. MARTINII *analysis epistolae ad Colossenses*, Groningae MDCLVIII. 8.

IACOBI ALTINGII *analysis exegetica in epistolam Paulli ad Colossenses*, quae breuis est; nec magnae vtilitatis: ***

IO D' OVTREIN *de sendbrief van Paullus aan de Colossen*, Amstelodami MDCXCIV. 4. quae expositio, ex sermone belgico in germanicum studio *Gerhardi Adriani Berlu* conuersa, lucem vidit sub titulo: *ausbundige zerglieder - ausbreit - vnd erklärung des sendbriefs des apostels Paullus an die Colosser, wie auch des* CVII. *psalmens, welchen beygefuget sind dessen* XI. *auserlesene predigten*, Francofurti MDCXCVI.

* LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 611.

** *ibidem* p. 869.

*** locum habet in eius operum tom. IV. p. 389.

MDCXCVI. 4. Poſtquam auctor de ipſa epiſtola eiusque hiſtoria ac ratione commentatus eſt, analyſis ac paraphraſis iſtius, vna cum explicatione breuiore ſequitur liberque ipſe vtilitate ſua ſe commendat: *

IO. HENRICI SVICERI *in epiſtolam Paulli ad Coloſſenſes commentarius critico-exegeticus, theologiae chriſtianae compendium*, Tiguri MDCXCIX. 4. Adpellauit Suicerus commentarium hunc *theologiae chriſtianae compendium*, quoniam exiſtimauit, omnia dogmata religionis noſtrae epiſtola ad Coloſſenſes breuiter contineri. Dixit ille multa, quae ab aliis interpretibus non dicta ſunt: **

CLEMENTIS STRESONIS *meditationes in Paulli epiſtolam ad Coloſſenſes, per quas ſeductores, contra quos epiſtola directa, deteguntur et emphaſes verborum ex ſcopo apoſtoli breuiter et clare demonſtrantur*, Amſtelodami MDCCVIII. 8. Quum auctor perſuadet ſibi, Paullum epiſtolam ad Coloſſenſes eo conſilio exaraſſe, vt philoſophiae genus cabbaliſticum, quod iudaei ſectati ſunt, impugnaret, et ad ſcopum hunc interpretationem epiſtolae huius referendam eſſe, ſtatuit. *** In ſermonem belgicum *meditationes* has tranſtulit auctoris filius, *Zacharias Iacobus*, easque ſub titulo: *meditation ouer den zendbrief aan de Coloſſenſen* edidit, Amſtelodami MDCCXXIV. 4. *

SERVATII HAZEVOETI *de brieuen van den apoſtel Paullus aan de gemeenten der Galaten en Coloſſenſen ontleed, verklard en betoogt*, Lugduni Batauorum MDCCXX. 4. cuius commentarii antea mentionem feci:

SALOMONIS VAN TIL *commentarius in Paulli epiſtolam ad Coloſſenſes*, qui cum eius *commentario in epiſtolas priorem ad Corinthios, Epheſios ac Philippenſes* prodiit, Amſtelodami MDCCXXVI. 4.

HER-

* LILIENTHALII *exegetiſche bibliothec* p. 870.

** BERNARDI *nouuelles de la republique des lettres* MDCCI. *auguſt.* p. 216. LILIENTHALII *exegetiſche bibliothec* p. 869.

*** *iournal des ſauans* MDCCIX. *ſeptembr.* p. 476. BERNARDI *nouuelles de la republique des lettres* MDCCVIII. *mai.* p. 500. *vnſchuldige nachrichten*, 1708. p. 294. LILIENTHALII *exegetiſche bibliothec* p. 942.

* *ſamlung von alten vnd neuen theolog. ſachen*, 1725. p. 169.

HERMANNI ALEXANDRI ROELL *breuis epistolae Paulli ad Colossenses exegesis:* *

GERH. LVDOVIC. KONINGII *ontledende openlegginge des sendbrieue van den apostel Paullus aan de Colossensen*, Lugduni Batauorum MDCCXXXIX. 4. Non aliud liber hic complectitur, nisi analysin epistolae huius eamque ieiunam, quae non magnae vtilitatis est. **

COMMENTARII IN PAVLLI EPISTOLAS AD THESSALONICENSES

1) *Lutheranorum*

CHRISTOPHORI HOFFMANNI *commentarius in epistolam ad Titum et in posteriorem ad Thessalonicenses*, Francofurti MDXLV. 8.

IODOCI WILLICHII *commentarius in vtramque epistolam ad Thessalonicenses*, Basileae MDXLVI. 8.

HIERONYMI WELLERI *commentarius in epistolas Paulli ad Philippenses et Thessalonicenses*, Noribergae MDLXI. 8.***

GEORGII MAIORIS *enarratio duarum epistolarum Paulli ad Thessalonicenses*, Vitembergae MDLXIII. 8. *

AEGIDII HVNNII *expositio plana et perspicua epistolarum ad Thessalonicenses*, Francofurti MDCIII. 8. **

SEBASTIANI SCHMIDII *paraphrasis vtriusque epistolae ad Thessalonicenses*, quae cum eiusdem paraphrasibus ac commentariis in quasdam alias Paulli epistolas prodiit, Hamburgi MDCXCI. MDCXCVI. MDCCIV. 4. vti antea memoraui.

2) *Reformatorum*

WOLFGANGI MVSCVLI *commentarius in epistolas ad Thessalonicenses*, vna cum *commentariis* eiusdem *in epistolas ad Philippenses, Colossenses ac in primam ad Timotheum*, editus Basileae MDLXV. MDLXXVIII. MDXCV. fol.

BENE-

* ALETHAEI *berichte von commentariis vber die schrift part.* VII. p. 345.

** LILIENTHALII *fortgesetzte theolog. bibliothec* p. 1020.

*** exstat in eius *operum latinorum sect.* I. p. 796.

* *tomo* I. *operum* eius p. 865.

** est in eiusdem *operum latinor. tomo* IV. p. 692.

BENEDICTI ARETII *commentarius in vtramque Paulli epistolam ad Thessalonicenses*, qui coniunctim cum eius *commentariis in epistolas ad Philippenses et Colossenses* prodiit, Morgiis MDLXXX. 8.

IO. IVELLI; siue IEWELLI *expositio in binas epistolas ad Thessalonicenses*, quae in lucem publicam emissa est anglice, Londini MDLXXXIII. 8. ac latine: *

HIERONYMI ZANCHII *commentarius in epistolas ad Philippenses, Colossenses et Thessalonicenses*, Neostadii MDXCV. fol. **

ROBERTI ROLLOCI *commentarius in vtramque epistolam ad Thessalonicenses*, Edimburgi MDXCVIII. 8. Herbornae MDCI. 8.

GVIL. SCLATERI *exposition and notes on the first epistle to the Thessalonians*, Londini MDCXIX. 4. *** et *exposition and notes on the second epistle to the Thessalonians*, ibidem MDCXXIX. 4. quae expositiones perspicuae atque vtiles sunt:

GVIL. BRADSHAW *exposition of the second epistle to the Thessalonians*, Londini MDCXX. 4.

TIM. IACKSONI *exposition on second epistle to the Thessalonians*, Londini MDCXXI. 4.

IO. MARTINI *analysis epistolae prioris ad Thessalonicenses*, Groeningae MDCLXIX. 12.

ARNOLDI LANDREBEN *erklärung vber die zwey briefe Paulli geschrieben an die Thessalonicher*, Francofurti MDCCVII. 4. quae interpretatio merito laudatur: *

CLEMENTIS STRESONIS *meditatien ouer den tweeden brief van den apostel Paullus aan de Thessalonicensen*, Amstelodami MDCCX. 8. **

IO.-ALPHONSI TVRRETTINI *commentarius in epistolas Paulli ad Thessalonicenses*, Basileae MDCCXXXIX. 8. qui liber post auctoris obitum quidem luci publicae expositus est; ita

* translata est in eius *opera*, quae latine cura *Whitakeri* prodierunt, Geneuae MDLXXXV. anglice autem Londini MDCIX. fol.

** *operum* eius *theologicor. tom.* VI. p. 259.

*** LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 873.

* *ibidem* p. 872.

** *ibidem* p. 982.

ita tamen compositus, vt ad intelligendas epistolas has lucem omnino possint præferre: *

HIERONYMI VAN ALPHEN *Paullus eerste brief aan de gemeente te Thessalonika verklært*, Traiecti ad Rhenum MDCCXLI. 4. liber non magni momenti ac ponderis. **

Ex *pontificiis* referendus huc est: PETRVS STEVARTIVS, qui reliquit: *commentarium in vtramque epistolam ad Thessalonicenses*, Ingolstadii MDCIX. 4. ex *socinianis* autem IO. CRELLIVS, cuius exstat: *commentarius in epistolas Paulli apostoli ad Thessalonicenses, ex prælectionibus eius conscriptus a Petro Morskouio a Morskow*, Racouiæ MDCXXXVI. 8. ***

COMMENTARII IN PAVLLI EPISTOLAS AD TIMOTHEVM

1) *Lutheranorum*

CASPAR. CRVCIGERI *commentarius in primam epistolam ad Timotheum*, Argentorati MDXL. 8.

IODOCI WILLICHII *expositio in epistolas ad Timotheum*, Argentorati MDXLII. 8.

PETRI ARTOPOEI *scholia in vtramque epistolam ad Timotheum*, Stetini MDXLV. Basileæ MDXLVI. 8.

ALEXANDRI ALESII *disputatio in vtramque epistolam ad Timotheum*, Lipsiæ MDL. MDLI. 8. duobus voluminibus: *

THOMAE VENATORII *distributiones viginti in priorem epistolam ad Timotheum*, Basileæ MDLIII. Lipsiæ MDCXVIII. 8.

PHILIPPI MELANCHTHONIS *enarratio epistolæ prioris ad Timotheum et duorum capitum secundæ*, Vitembergæ MDLXI. 8. **

GEOR-

* *bibliotheque raisonnée tom.* XXVI. p. 61. *samlung von alten und neuen theolog. sachen*, 1741. p. 198.

** LILIENTHALII *fortgesezte theolog. bibliothec* p. 1021.

*** BAVMGARTENII *nachrichten von merckwürdigen büchern volumin.* XI. p. 31. Commentarius hic locum obtinuit in CRELLII *operum exegeticor. tom.* I. p. 545.

* ita librum hunc recenset LE LONG *bibliothec. sacr.* p. 601. alii autem adducunt tantum eius *expositionem prioris epistolæ ad Timotheum*.

** *operum* eius *part.* IV. p. 366.

[epi]stolam commentarius, cum digressionibus XXXIII. *[de] locis communibus, bona ex parte ad hodiernas in [co]ntrouersias spectantibus, inter quas peculiaris est [de] vno dei atque hominum mediatore, deo homine*, Parisiis MDLXIV. fol. * Laude debita opus hoc [...]que in iusta est existimatione. Quamuis enim ea, [...]caeus in *commentariis* ad verborum sensum expla[...]adtulit, non magnum momentum habeant; multa [...]dite in *digressionibus* dixit seque praebuit virum cor[...] Disseruit illis copiose de variis disciplinae ecclesia[...]ibus vitiaque curiae atque ecclesiae romanae acriter [...]dit ac locum sibi fecit inter testes veritatis. Quae [...]praesertim a patribus ordinis sacri, scripta sunt, ea [...] collegit ac quum ad argumenta pertractanda spe[...]rentur, recensuit: **

[...]HESSELII *commentarius in primam epistolam Paulli [ad Tim]otheum*, Louanii MDLXVIII. 8.

[...]AE MAGALIANI *operis hierarchici; siue de eccle[siastico] principatu libri, in quibus Paulli epistolae tres, prima et [...] ad Timotheum et vna ad Titum, commentariis illu[strantur]*, Lugduni MDCIX. 4. cuius libri qualis sit ratio, at[...]litas, ex titulo eius haud obscure colligere licet.

[LVD]OVICI SOTTO - MAIORIS *commentarius in prio[rem] [...] posteriorem Paulli apostoli epistolam ad Timotheum; [...] epistolam eiusdem apostoli ad Titum*, Parisiis MDCX. [Q]uod opus praecipue ex scriptis patrum graecorum ac [lati]num collectum est: ***

[PET]RI STEVARTII *commentarius in vtramque episto[lam ad] Timotheum*, Ingolstadii MDCX. MDCXI. 4. duobus [volu]minibus:

ISAACI

[...]mentarii hi primum locum obtinuerunt in ESPENCAEI *ope[ribus]*, quae Parisiis MDCXIX. fol. prodierunt.

[...]MONIS *histoire critique des principaux commentateurs du nouueau [testa]ment cap.* XL. p. 591. DV PIN *bibliotheque des auteurs ecclesia[stiques] tom.* XVI. p. 105. NICERONII *memoires tom.* XIII. p. 201.

[...]DDEI *isagoge ad theologiam vniuersam lib.* II. *cap.* 8. p. 1718. [...]NDLERI *prodromus bibliothecae biblicae* p. 371. [...]ILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 613.

MDCCLV. 4. qui commentarius, magna cum diligentia atque adcuratione conſcriptus, optimis harum epiſtolarum expoſitionibus adnumerari debet. Eam explanandi rationem Moshemius ſequutus eſt, vt epiſtolas in partes breuiores diuideret: harum argumenta, verbis textus græci additis, enarraret: voces atque earum vim explicaret ac morum regulas, ex iis, quæ Paullus ſcripſit, deductas adiungeret. *

2) *Reformatorum*

CASPAR. MEGANDRI *expoſitio in vtramque epiſtolam ad Timotheum et in epiſtolam ad Titum*, Baſileæ MDXXXVI. 8.

LAMBERTI DANAEI *commentarius in priorem epiſtolam ad Timotheum*, Geneuæ MDLXXVII. 8.

ANDREAE HYPERII *commentarius in epiſtolas ad Timotheum, Titum et Philemonem*, Tiguri MDLXXXII. fol.

ABR. SCVLTETI *obſeruationes grammaticæ, hiſtoricæ, logicæ et theologicæ in epiſtolas ad Timotheum, ad Titum et Philemonem*, Francofurti MDCXXIV. Vitembergæ MDCXX . 4.

IO. BARLOW *an expoſition of the ſecond epiſtle to Timotheus*, Londini MDCXXV. 4.

MATTHAEI GARGONI *beide brieuen van den apoſtel Paullus aan Timotheus, geopend en betoond*, Lugduni Batauorum MDCCVI. et MDCCXIX. 4. vbi vtraque epiſtola ad Timotheum copioſe enarratur ac notis eruditis illuſtratur; quæ tamen in priorem multo vberiores ſunt; quam in poſteriorem. Operam ſuam auctor præcipue in eo poſuit, vt ſcopum apoſtoli indagaret atque ex illo epiſtolis ipſis lucem adferret: **

PAVLLI HVLSII *korte oopeninge van Paulli beide brieuen geſchreeuen aan Timotheus*, Roterodami MDCCXXVII. 4. ***

3) *Pontificiorum*

CLAVDII ESPENCAEI *in priorem Paulli apoſtoli ad Timotheum epiſtolam commentarii et digreſſiones*, cum illius *conſilio de clandeſtinis matrimoniis*, Lutetiæ MDLXI. fol. MDLXVIII. 8. Eiusdem *in poſteriorem Paulli apoſtoli ad Timotheum*

---

* *acta eruditor.* MDCCLVI. p. 393.

** LILIENTHALII *exegetiſche bibliothec* p. 875.

*** *ibidem* p. 874.

motheum epistolam commentarius, cum digressionibus XXXIII. *seu totidem locis communibus, bona ex parte ad hodiernas in religione controuersias spectantibus, inter quas peculiaris est tractatus de vno dei atque hominum mediatore, deo homine iesu christo,* Parisiis MDLXIV. fol. * Laude debita opus hoc ornatur atque in iusta est existimatione. Quamuis enim ea, quae Espencaeus in *commentariis* ad verborum sensum explanandum adtulit, non magnum momentum habeant; multa tamen erudite in *digressionibus* dixit seque praebuit virum cordatum. Disseruit illis copiose de variis disciplinae ecclesiasticae capitibus vitiaque curiae atque ecclesiae romanae acriter reprehendit ac locum sibi fecit inter testes veritatis. Quae ab aliis, praesertim a patribus ordinis sacri, scripta sunt, ea diligenter collegit ac quum ad argumenta pertractanda spectare viderentur, recensuit: **

IO. HESSELII *commentarius in primam epistolam Paulli ad Timotheum,* Louanii MDLXVIII. 8.

COSMAE MAGALIANI *operis hierarchici; siue de ecclesiastico principatu libri, in quibus Paulli epistolae tres, prima et secunda ad Timotheum et vna ad Titum, commentariis illustrantur,* Lugduni MDCIX. 4. cuius libri qualis sit ratio, atque vtilitas, ex titulo eius haud obscure colligere licet.

LVDOVICI SOTTO - MAIORIS *commentarius in priorem ac posteriorem Paulli apostoli epistolam ad Timotheum; item in epistolam eiusdem apostoli ad Titum,* Parisiis MDCX. fol. quod opus praecipue ex scriptis patrum graecorum ac latinorum collectum est: ***

PETRI STEVARTII *commentarius in vtramque epistolam ad Timotheum,* Ingolstadii MDCX. MDCXI. 4. duobus voluminibus:

ISAACI

* commentarii hi primum locum obtinuerunt in ESPENCAEI *operibus,* quae Parisiis MDCXIX fol. prodierunt.

** SIMONIS *histoire critique des principaux commentateurs du nouueau testament cap.* XL. p. 591. DV PIN *bibliotheque des auteurs ecclesiastiqu. tom.* XVI. p. 105. NICERONII *memoires tom.* XIII. p. 201. BVDDEI *isagoge ad theologiam vniuersam lib.* II. *cap.* 8. p. 1718. WENDLERI *prodromus bibliothecae biblicae* p. 371.

*** LILIENTHALII *exegetische bibliothek* p. 613.

ISAACI HABERTI *in Paulli apostoli epistolas tres epi-pales, ad Timotheum, ad Titum et vnam ad Philemonem expositio perpetua*, Parisiis MDCLVI. 8.

COMMENTARII IN PAVLLI EPISTOLAM AD TITV

1) *Lutheranorum*

IODOCI WILLICHII *expositio in epistolam ad Titu* Lipsiae MDXL. 8.

CHRISTOPHORI HOFFMANNI *commentarius in epistolam ad Titum*, Francofurti MDXLI. 8.

LEONARDI CVLMANNI *notae in epistolam ad Titum* Noribergae MDXLVI. 8.

ALEXANDRI ALESII *explicatio epistolae ad Titum*, Lipsi MDL. 8.

AEGIDII HVNNII *expositio plana et perspicua epistol Paulli ad Titum*, Marpurgi MDLXXXVII. MDCIV. Vitembergae MDCX. 8. *

NICOLAI RHODOMANNI *commentarius in epistolam ad Titum*, Ienae MDXCVII. 8.

IO. FECHTII *Paulli epistolae ad Titum, in qua idea veri ecclesiae ministri repraesentatur, exegetica expositio*, Rostochii MDCXCII. et MDCC. 4. quae est disputatio academica, ea ratione conscripta, vt non solum obscuriora loca notis criticis illustrentur; verum etiam de interpretibus, auctore, loco, tempore, occasione, argumento, scopo epistolae huius exponatur: **

FRIDERICI RAPPOLTI *obseruationes in epistolam Paulli ad Titum:* ***

IOACHIMI IVSTI BREITHAVPTI *exercitatio theologico-exegetica in epistolam ad Titum*, Halae MDCCIII. 4. *

IO. IOACHIMI ZENTGRAVII *commentarius in epistolam Paulli ad Titum, continens eiusdem analysin et exegesin*, Argentorati MDCCVI. 4.

BRAN-

* *operum* eius *latinor. tomo* IV. p. 819.

** ARNDII *bibliotheca Mayeri biblica continuata* p. 139.

*** sunt illae in eius *operibus theologic. tom.* I. p. 781.

ARNDIVS *dicto loco* p. 140.

BRANDAN. HENRICI GEBHARDI *paraphrasis epistolæ ad Titum, cum notis et censura in versiones Reitzii et Trilleri*, Gryphiswaldiæ MDCCXIV. 4. vbi paraphrasis est germanica; notæ autem sunt latinæ:

IO. IACOBI RAMBACHII *exegetische vnd porismatische erklärung der episteln Paulli an die Galater vnd an den Titum*, Giessæ MDCCXXXIX. 4. quem commentarium iam antea recensui:

PETRI VON HAVEN *commentatio analytica in epistolam Paulli ad Titum*, cum præfatione *Sigismundi Iacobi Baumgartenii*, Halæ MDCCXLII. 4. Auctor præcipue in sensum litteralem inquirit ac vocum significandi vim explicat, earum maxime, quæ sunt rariores; simul autem epistolam ac quoduis eius caput in partes diuidit ac dogmata fidei ac vitæ, ab apostolo tradita, illustrat *

2) *Reformatorum*

CASPAR. MEGANDRI *expositio in epistolam ad Titum*, vna cum *expositione in epistolam vtramque ad Timotheum*, Basileæ MDXXXVI. 8.

THOMAE TAYLORI *commentary vpon the epistle of saint Paul written to Titus*, Cantabrigiæ MDCXII. 4. et MDCLVIII. fol. Opus hoc. laude omnino dignum, non tam ad adcuratiorem interpretationem epistolæ huius philologicam; quam ad vitam moresque spectat. Quoduis illius caput in partes suas diuisum est Qualis sit verborum sententia, breuiter ac perspicue ostenditur. Ea, quæ ad dogmata, speciatim ad virtutes atque officia ministrorum ecclesiæ pertinent, copiose enarrantur: **

ABR. SCVLTETI *obseruationes grammaticæ, historicæ, logicæ et theologicæ in epistolam ad Titum*, ac simul *in epistolas ad Timotheum ac Philemonem*, Francofurti MDCXXIV. Vitembergæ MDCXXX. 4.

* *nouor. actor. eruditor supplement. tom.* V. p. 276. LILIENTHALII *fortgesetzte theolog. bibliothec* p. 1021. *nachrichten von den neuesten theologischen buchern volum.* I. p. 224. *samlung von alten vnd neuen theolog. sachen*, 1742. p. 474.

** LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 613.

IO. WALLISII *expositio epistolæ ad Titum, prælectionib aliquot theologicis tradita*, Oxonii MDCLVII. 8. qua mul docte atque vtiliter tradita sunt:

GERARDI OVTHOFII *de brief van den apostel Paulli geschreeuen aan Titus verklaard*, Amstelodami MDCCIV. qui in commentario hoc variam eruditionem sacram ac pro fanam abunde monstrauit: *

WERNERI KOEHNEN *Paullus brief aen Titus, ontl dender wyze verklaart op des apostels oogmerk*, Traiecti a Rhenum MDCCXXIV. 4. cuius libri parte prima auctor di serit de Paullo ac Tito eorumque historiam illustrat; iter de epistolæ argumento, scopo atque ordine; secunda autem exhibet epistolæ huius partitionem atque explicationem: *

CAMPEGII VITRINGAE *de brief van de apostel Paullu aan de gemeente der Galaten, als mede aan Titum*, Frane ckeræ MDCCXXVIII. 4. *** quem librum iam antea recen sui. Accesserunt commentationes de quibusdam singulari bus scripturæ sacræ dictis, quæ lectione dignæ sunt:

MELCHIORIS HVRTERI *commentarius exegetico-pra cticus in epistolam ad Titum*, Schafhusiæ MDCCXLIV. 4.

3) *Pontificiorum*

'CLAVDII ESPENCAEI *in epistolam Paulli apostoli ad Titum commentarius, cum aliquot digressionibus; seu totidem locis communibus, bona ex parte ad hodiernas in religione controuersias pertinentibus*, Parisiis MDLXVIII. 8. Commu nem rationem opus hoc habet cum eo, quod auctor in *Paul li epistolas ad Timotheum* composuit ac iuris publici fecit, quodque antea enarraui: *

COSMAE MAGALIANI *commentarius in epistolam ad Titum*, qui est in eius *libris operis hierarchici*, a me iam com memoratis, Lugduni MDCIX. 4.

LVDOVICI SOTTO-MAIORIS *commentarius in epistolam Paulli apostoli ad Titum*, vna cum *commentario in epistolas ad Timotheum* euulgatus, Parisiis MDCX. fol.

IAC.

' LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 876.
* *ibidem* p. 877.
** *ibidem* p. 855.
exstat in eius *operibus* p. 459.

IAC. GOPILI; siue GOVPILI, GOVPYLI, IOVPYLI, *paraphrasis in epistolam* Paulli *ad Titum*, Parisiis MDCXLIV. 8.

ISAACI HABERTI *expositio in epistolam ad Titum*, cum *expositione in epistolas ad Timotheum et Philemonem* edita, Parisiis MDCLVI. 8.

COMMENTARII IN PAVLLI EPISTOLAM AD PHILEMONEM

1) *Lutheranorum*

GEORGII MAIORIS *enarratio epistolarum Paulli ad Titum et Philemonem*, Vitembergae MDLXV. 8. *

SCIPIONIS GENTILIS *commentarius in epistolam ad Philemonem*, Noribergae MDCXVIII. 4.

IO. HIMMELII *commentarius in epistolam Paulli ad Galatas et Philemonem*, Ienae MDCXLI. 4.

CHRISTIANI FRIDERICI FRANCKENSTEINII *obseruationes in epistolam Paulli ad Philemonem*, Halae MDCLVII. 4. Lipsiae MDCLXV. 12.

SEBASTIANI SCHMIDII *paraphrasis epistolae ad Philemonem*, quae cum auctoris paraphrasibus ac commentariis in alias Paulli epistolas non semel; sed iterum atque iterum in lucem prodiit. Editiones has iam antea memoraui:

IO. FECHTII *Paulli epistolae ad Philemonem, in qua christianae caritatis, erga proximum exercendae, idea repraesentatur, exegetica expositio*, Rostochii MDCXCVI. 4. quae est dissertatio publice defensa. Postquam ea enarrata sunt, quae ad historiam epistolae huius pertinent, paraphrasis cum explicatione exhibetur ac de praecipuis dogmatibus dictae epistolae exponitur: **

2) *Reformatorum*

LAMBERTI DANAEI *commentarius in epistolam ad Philemonem*, Geneuae MDLXXIX. 8.

ANDREAE HYPERII *commentarius in epistolam ad Philemonem*, vna cum *commentario in epistolas ad Timotheum et Titum*, Tiguri MDLXXXII. fol.

* est in eius *operum tomo* 1. p. 1131.

** ARNDII *bibliotheca Mayeri biblica commutata* p. 139.

ROBERTI ROLLOCI *commentarius in epistolam ad Philemonem*, Geneuae MDCII. 8.

GVILIELM. ATTERSOL *commentary vpon the epistle to Philemon*, Londini MDCXII. MDCXXXIII. fol.

DANIEL. DYKE *exposition vpon Philemon*, Londini MDCXVIII. 4. quae et belgice edita est, sub titulo: *vytlegginge van den sendbrief Paulli aen Philemon:* *

GVIL. IONES *commentary on the epistle to Philemon and the Ebrews*, Londini MDCXXXV. fol.

IO. CRVCII *den bekeerden Onesimus of verklaaringe der sendbriefs Paulli aen Philemon*, Harlemi MDCXLIX. 8.

THOMAE TAYLORI *commentarius in epistolam ad Philemonem*, Londini MDCLIX. fol.

IO. HENRICI HVMMELII *explanatio epistolae apostoli Paulli ad Philemonem*, Tiguri MDCLXX. fol. qui liber non multum quidem celebris est constatque orationibus sacris, latine conscriptis; sed tamen iure locum hunc obtinere potest. Quae eo continetur, explicatio epistolae huius solida est. Dogmata fidei ac vitae, eadem comprehensa, diligenter pertractantur. **

3) *Pontificiorum*

FRANCISCI FEVARDENTII *commentarius in epistolam ad Philemonem*, Parisiis MDLXXXVIII. 8.

CAROLI RAPINE *expositio in epistolas ad Timotheum, Titum et Philemonem*, gallice, Parisiis MDCXXXII. 8.

IOANNIS VINCENT *explicatio familiaris in epistolam Paulli ad Philemonem*, Parisiis MDCXLVII.

ISAACI HABERTI *expositio perpetua in epistolam ad Philemonem*, coniunctim cum *expositione in epistolas ad Timotheum et ad Titum* edita, Parisiis MDCLVI. 8.

COMMENTARII IN PAVLLI EPISTOLAM AD EBRAEOS

1) *Lutheranorum*

IO. BRENTII, iunioris, *commentarius in epistolam ad Ebraeos*, Tubingae MDLXXI. 4.

AEGI-

* exstat in eius *godgeleerde wercken*, quae Amstelodami MDCLXX. 4 prodierunt, p. 793.

** LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 614.

AEGIDII HVNNII *exegesis epistolae ad Ebraeos*, Francofurti ad Moenum MDLXXXIX. 8. *

DAVIDIS RVNGII *analysis et disputationes in epistolam ad Ebraeos*, Vitembergae MDC. 8.

IODOCI NAHVM *commentarius in epistolam ad Ebraeos*, vna cum *commentario in epistolas ad Galatas et Ephesios*, Hanouiae MDCII. 8.

POLYCARPI LYSERI, filii, *commentarius in epistolam ad Ebraeos*, Vitembergae MDCXVI. 4.

IO. GERHARDI *commentarius super epistolam ad Ebraeos, in quo textus declaratur: quaestiones dubiae soluuntur: obseruationes eruuntur et loca, in speciem pugnantia, conciliantur*, Ienae MDCXLI. MDCLXI. 4. Commentarium hunc breuiorem esse; nec magnam praebere vtilitatem, mirum non est, quum ille ab ipso Gerhardo non eo consilio conscriptus est, vt in lucem publicam emitteretur; sed auditoribus tantum inseruiret; post mortem autem eius *Io. Ernestus*, filius, istum edidit ac SALOM. GLASSII *orationem*, memoriae Gerhardi consecratam, praemisit: **

CONRADI HORNEII *in epistolam apostoli Paulli ad Ebraeos expositio litteralis*, Brunsuigae MDCLV. 4. quae breuis quidem est; attamen perspicua atque ita composita, vt ad verborum sententiam facile adsequendam sufficiat: ***

IO. TOBIAE MAIORIS *commentaria in epistolam ad Ebraeos*, Ienae MDCLV. MDCLXVIII. 4.

PETRI WANDALINI, *Ioannis* filii, *paraphrasis in epistolam ad Ebraeos*, Hafniae MDCLVI. 4. *

SEBASTIANI SCHMIDII *in epistolam Paulli ad Ebraeos commentarius, in quo textus non modo quoad cohaerentiam et sensum cum praecipuis interpretibus exponditur; sed singulis etiam capitibus loci, quos vocant, communes, ex textu petiti, subiunguntur*, Argentorati MDCLXXX. Lipsiae MDCXCVIII. MDCCXXII. 4. Eam interpretandi rationem auctor sequutus

 est,

* ALETHAEI *berichte von commentariis vber die schrift part.* VI. p. 143. Exstat commentarius hic in HVNNII *operum latinor. tom.* IV. p. 866.

** FABRICII *histor. bibliothecae part.* IV. p. 44. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 877. FISCHERI *vita Gerhardi* p. 430.

*** FABRICII *historia bibliothecae part.* IV. p. 54. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 878.

* MOLLERI *Cimbr. litterat. tom.* I. p. 711.

est, vt postquam quoduis caput in partes diuisit atque ostendit, qualis sit rerum, ab apostolo scriptarum, coniunctio atque ordo, singulas voces ac dictiones adcurate explicaret et quemadmodum adpellantur, locos communes de dogmatibus fidei ac vitae subiungeret atque enarraret. Egregium est opus hoc multisque ornatum laudibus ac Schmidius ipse inter omnes, qui in epistolam ad Ebraeos commentati sunt, principatum tenet: *

IO. HENRICI MAII *paraphrasis epistolae ad Ebraeos*, Giessae MDCLXXXVII. MDCC. 4.

IVSTI CHRISTOPHORI SCHOMERI *exegesis in epistolas Paulli ad Ebraeos, Iacobi et partem prioris Petri*, Rostochii MDCCI. 4. Breuior illa est; attamen perspicua atque ea ratione conscripta, qua auctor in *exegesi in Paulli epistolas*, supra commemorata, vsus: **

GOTTFRIDI OLEARII *analysis logica epistolae ad Ebraeos, cum obseruationibus philologicis*, Lipsiae MDCCVI. 4. quae exhibetur quidem dissertatione academica; quum autem illa non solum ad integram epistolam spectat; sed etiam adcurate composita est atque epistolae ipsi multam lucem adfert, me istam huc referre posse, existimaui:

CASPAR. ERASMI BROCHMANDI *commentarius in epistolam ad Ebraeos*, Hafniae MDCCVI. 4. qui post mortem auctoris editus est. Non omnibus penitus commendauit se, ob non satis luculentam atque adcuratam, quae ibi instituta est, interpretationem: ***

HENRICI BENEDICTI STARCKII *notae selectae, criticae, philologicae et exegeticae in epistolam Paulli ad Ebraeos*, Lipsiae MDCCX. 4. quibus auctor eruditionem ostendit variaque loca feliciter illustrauit: *

10.

* ARNDII *bibliotheca Mayeri biblica continuata* p. 140. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 880.

** *iournal des sauans* MDCCII. *iul.* p. 783. FABRICII *historia bibliothecae part.* V. p. 333. ALETHAEI *berichte von commentariis vber die schrift part.* III. p. 125. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 818.

*** *vnschuldige nachrichten*, 1706. p. 575. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 878.

* *memoires de Treuoux* MDCCXIII. *nouembr.* p. 1912. ARNDII *bibliotheca Mayeri biblica continuata* p. 142.

IO. GEORG. DORSCHEI *in epistolam Paulli ad Ebraeos commentarius, pluribus hypomnematibus apodictico-analytico-exegetici iuxta seriem capitum commatumque feliciter coeptus, ad dimidium capitis decimi perductus et a Io. Christophoro Pfaffio absolutus*, Francofurti et Lipsiae MDCCXVII. 4. Commentarius hic, quem Dorscheus manuscriptum reliquerat, longe post vitam illius finitam lucem adspexit. Quum ille ad finem haud perductus esset, quae deerant, ea, vti in titulo significatur, Pfaffius senior addidit, theologi tubingenses praefati sunt: libro magnam laudem tribuerunt deque Dorschei vita ac scriptis exposuerunt. Opus est, quod adparatum multarum rerum theologicarum praebet; nec mediocrem promittit vtilitatem: *

ELIAE CELLARII *verklärter iesus, das ist, kurtze und erbauliche auslegung der epistel des apostels Paulli an die Ebraeer, samt einer einleitung von den vornehmsten stücken, die zum rechten verstand dieser epistel erfordert werden*, Vlmae MDCCXXXI. 4. quo libro continetur non tam commentarius; quam liberior interpretatio, ita composita, vt etiam hominibus, litterarum rudibus, inseruire ac viam breuiorem aptamque ad epistolam hanc recte intelligendam monstrare queat: **

IO. IACOBI RAMBACHII *grundliche und erbauliche erklärung der epistel Paulli an die Ebraeer*, Francofurti MDCCXLII. 4. In lucem exiit liber hic post auctoris obitum cura *Ernesti Friderici Neubaueri*, qui copiosam commentationem; siue introductionem praemisit eaque disseruit partim de Rambachio eiusque scriptis, speciatim de commentario, nunc edito; partim de epistola ad Ebraeos eiusque auctore, lingua, stilo, fine, auctoritate canonica aliisque rebus, quae ad illam pertinent. Commentarius ipse ita scriptus est, vt verba ac dogmata apostoli illustrentur haecque

 etiam

* *acta erudiitor.* MDCCXVIII p. 306. *unschuldige nachrichten*, 1717. p. 702. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 878. ALETHAEI *berichte von commentariis uber die schrift part.* III. p. 321.

** COLERI *auserlesene theolog. bibliothec volum.* V. p. 649.

etiam a peruersa aduersariorum, inprimis socinianorum, interpretatione defendantur: *

IO. BENEDICTI CARPZOVII *exercitationes in Paulli epistolam ad Ebraeos ex Philone alexandrino*, Helmstadii MDCCL. 8. quae eruditae sunt atque ob vtilitatem, ab illis exspectandam, omnino commendari debent. Quae praemissa sunt, *philoniana* prolegomena constant septem libris. Eorum *primo* exponitur de propria nominum *iudaeorum* et *Ebraeorum* significatione: *secundo* de eruditione Philonis: *tertio* de inscriptione epistolae ad Ebraeos deque iis, ad quos illa exarata est: *quarto* de auctore epistolae huius, qui sit Paullus: *quinto* de lingua illius: *sexto* de conuenientia stili Paulli ac Philonis: *septimo* de voce λόγος, a Ioanne vsurpata, illam haud eamdem esse cum λόγῳ Philonis: **

IO. ANDREAE CRAMERI *erklärung des briefes Paulli an die Ebraeer*, Hafniae MDCCLVII. 4. cuius expositionis eam rationem auctor adhibuit, vt post adcuratiorem epistolae huius partitionem, illam per paraphrasin elegantem ac perspicuam enarraret et verba pariter ac res copiosius interpretaretur. Erudite praefatus est de harum litterarum antiquitate, auctore, qui sit Paullus, Ebraeis, ad quos istae exaratae sunt, ac denique de earumdem lingua. Laudandus igitur est commentarius hic atque omni iure optimis epistolae ad Ebraeos expositionibus adnumerandus:

ADAMI STRVENSEE *erklärung des briefes an die Ebräer, welche auf der vniuersität zu Halle ehedem vorgetragen*, Flensburgi MDCCLXIII. 4. opus, laudandum cum ob adcuratiorem orationis apostoli partitionem; tum ob perspicuam singulorum verborum ac rerum interpretationem, hocque nomine illis, qui in studiis hermeneuticae sanctioris versantur, commendandum. Idem edidit quoque germanice: LVCAE BACMEISTERI *kurtze einleitung in den brief an die Ebraeer*, Halae MDCCLV. 8. *** quae commentatio antea latine

* *acta eruditor.* MDCCXLII. p. 582. *nachrichten von den neuesten theolog. büchern volum.* II. p. 749. *zuuerlässige nachrichten volum.* III. p. 585. *samlung von alten vnd neuen theolog. sachen*, 1742. p. 475. LILIENTHALII *fortgesezte theologische bibliothec* p. 1022.

** KRAFTII *theolog. bibliothec volum.* V. p. 567.

*** *ibidem volum.* X. p. 595.

latine prodierat, sub titulo: *disputatio, complectens summam et ordinem doctrinae, in epistola ad Ebraeos tradita, de sacerdotio et sacrificio christi, instituta, vt studiosi ad lectionem eius epistolae inuitentur*, Rostochii MDLXIX. ac postea addita fuerat eiusdem *simplici et dilucidae explicationi typorum*, Rostochii MDCIII. 8.

SIEGMVNDI IACOBI BAVMGARTENII *erklärung des briefes Paulli an die Hebraer, mit Andreae Gottlieb Maschens anmerckungen vnd paraphrasi, auch Io. Salomon Semlers beyträgen zu genauerer einsicht dieses briefs*, Halae MDCCLXIII. 4. quod opus inter commentarios, laude dignos, locum iure tuetur.

2) *Reformatorum*

IO. OECOLAMPADII *explanationes in epistolam ad Ebraeos*, Argentorati MDXXXIV. Basileae MDXXXVI. 8.

CASPAR. MEGANDRI *farrago adnotationum in epistolam ad Ebraeos*, Tiguri MDXXXIX. 8.

ANDREAE HYPERII *commentarii in epistolam Paulli apostoli ad Ebraeos*, Tiguri MDLXXXV. fol.

IO. IACOBI GRYNAEI *explanatio epistolae ad Ebraeos*, Basileae MDLXXXVII. 8. *

ROBERTI ROLLOCI *commentarius in epistolam ad Ebraeos*, Geneuae MDCV. MDCX. 12.

FRANCISCI IVNII *in epistolam ad Ebraeos methodica et breuis enarratio*, Heidelbergae MDCX. 8. vbi auctor praecipue loca veteris testamenti recensuit, quae in epistola hac vel adducta sunt; vel ad illa saltem respiciunt, atque epistolam ipsam breuiter illustrauit: **

IACOBI CAPELLI *obseruationes in epistolam ad Ebraeos*, Sedani MDCXXIV. 8.

GVIL. IONES *commentary on the epistle to Philemon and the Ebrews*, Londini MDCXXXV. fol.

DAVIDIS DICKSONI *explanation of the epistle to the Ebrews*, Aberdoniae MDCXXXV. MDCXLIX. Glascouii MDLIV. 8.

GEOR-

* FABRICII *historia bibliothec. part.* VI. p. 419.

** *enarratio* haec constituit *librum tertium parallelorum sacrorum*, quae IVNIVS edidit, Heidelbergae MDCX. 8.

GEORGII DOWNAME *commentarius in epistolam ad Ebræos*, anglice, Londini MDCXLVI. fol.

GVIL. GOVGE *commentary on the whole epistle to the Ebrews*, Londini MDCLV. fol. Commentarium hunc auctor plene quidem confecit; quum autem finis vitæ impediret, quo minus eum ipse iuris publici faceret, curam hanc filius, *Thomas Gouge*, suscepit. Pleraque, quæ isto continentur, ad dogmata, controuersias resque morales pertinent. Ipsa apostoli oratio diligenter diuiditur hæcque partitio non solum ad quoduis caput; sed ad versus illius quoque spectat. Quæ apostolus significare voluerit, ea maxime ex sermone græco sacro monstrantur ac nonnumquam subsidia philologiæ adhibentur: *

CASPAR. STRESONIS *commentarius analytico-practicus in epistolam ad Ebræos*, Hagæ comitum MDCLXI. 4.

GEORGII LAWSONI *expositio epistolæ ad Ebræos*, Londini MDCLXII. fol.

IO. OWENI *exercitations on the epistle to the Ebrews: also concerning the messiah*, Londini MDCLXVIII. fol. quod est *primum* volumen totius operis. Explicantur eo duo priora capita epistolæ ad Ebræos; ante hanc autem expositionem agitur de dictæ epistolæ auctoritate canonica, auctore aliisque argumentis: de vaticiniis veteris testamenti, de messiæ persona, officio, aduentu. Accesserunt eiusdem: *exercitations and an exposition on the third, fourth and fifth chapters of the epistle of Paul the apostle to the Ebrews*, Londini MDCLXXIV. fol. quæ volumen *secundum* constituunt. Complectitur illud expositionem capitis tertii, quarti et quinti atque inprimis doctrinam de officio christi sacerdotali illustrat. Denique prodiit: eiusdem *a continuation of the exposition of the epistle of Paul the apostle to the Ebrews*, Londini MDCLXXX. fol. siue volumen *tertium*, quo caput sextum, septimum, octauum, nonum ac decimum explanatur ac præcipue argumentum de sacerdotio christi, cuius Melchisedecus fuerit typus, enarratur. Commentarius hic ob præstantiam suam in linguam belgicam conuersus fuit ac lucem adspe-

* LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 617.

adſpexit Roterodami ab anno MDCCXXXIII. 4. * Memoratur etiam verſio latina, Amſtelodami MDCC. fol. edita; ** eam autem omnino prodiiſſe, pro certo adfirmare haud poſſum. Egregium eſt opus hoc, locuples teſtis de auctoris ſingulari eruditione atque induſtria, quam ad illud conficiendum adhibuit. Explicat iſte ſedulo voces pariter ac res: vtrisque lucem adfert ex philologia, antiquitatibus ebræis atque eccleſiaſticis: diſputat contra iudæos, ſocinianos aliosque aduerſarios adcurate: ***

CHRISTOPHORI WITTICHII *inueſtigatio epiſtolæ ad Ebræos et poſitiones; ſiue aphoriſmi, vniuerſam theologiam adumbrantes*, Amſtelodami MDCXCI. 4. Multa adfert Wittichius ex profanis ſcriptorum græcorum monimentis ad vim ſignificandi illuſtrandam, quæ cum dictionibus apoſtolicis coniuncta eſt. Recenſet ſcripturas diſcrepantes deque illis ſententiam fert. Impugnat quoque prauas ſocinianorum atque aliorum interpretationes. Sæpe Cocceium ſequitur: *

PETRI VAN HOEKE *commentarius analyticus in epiſtolam ad Ebræos*, Lugduni Batauorum MDCXCIII. 4. qui et, interprete *Conrado Bruſſkenio*, germanice redditus atque in lucem emiſſus eſt, ſub titulo: *zergliedernde auslegung des ſendbriefs an die Hebræer, wobey vorläufig eine allgemeine einleitung befindlich*, Francofurti MDCCVII. 4. Ad id auctor ſtudia ſua contulit, vt diſtincte oſtenderet, quomodo ea, quæ apoſtolus ſcripſit, inter ſe connexa ſint: qualem vim argumenta, ad rem probandam adhibita, habeant; præterea autem, vt epiſtolam ipſam adcurate ac perſpicue explicaret. Quam in rem textum ſacrum eiusque verſiones: lectiones diſcrepantes, typos, hiſtoriam, antiquitates, alios interpretes, philologos ac criticos, conſuluit: **

SAMVE-

* *mandelyke vittrekſels* MDCCXXXIV. *part.* II. p. 165. 543. MDCCXXXV. *part.* I. p. 429.

** apud LE LONG *bibliothec. ſacr.* p. 889.

*** WOOD *Athenar. oxonienſ. volum.* II. p. 744. ſqq. LILIENTHALII *exegetiſche bibliothec* p. 618.

* *acta eruditor.* MDCXCI. p. 525.

** *acta eruditor.* MDCXCIII. p. 413. LILIENTHALII *exegetiſche bibliothec* p. 886.

SAMVELIS SZATTMAR. NEMETHI *epistola Paulli ad Ebraeos explicata*, Franeckerae MDCXCV. 4 et iterum ibidem MDCCII. 4. cui posteriori editioni explicatio *epistolae Iudae* adiecta est. Commentarium hunc auctor eo praecipue consilio scripsit, vt illis inseruiat, qui orationibus sacris alios erudiunt. Attamen cui significationi voces ac dictiones subiectae sint, diligenter inuestigatur: *

HENRICI GROENEWEGENI *vytlegginge van den zendbrief aan de Ebreen*, Lugduni Batauorum MDCXCIII. et MDCCII. 4. quem librum auctor eum maxime in finem conscripsit, vt ex epistola hac aduersus iudaeos monstraret, iesum esse verum messiam, hancque ob caussam de illius persona atque officio exposuit ac quae ab apostolo dicta sunt, ea cum typis et vaticiniis Mosis ac prophetarum contulit: **

THEODOR. AKERSLOOT *vytleggingе over den zendbrief van Paullus aan de Ebreen*, Hagae comitum MDCXCVII. 4. germanice studio *Alrici Pleskenii* ac sub titulo: *das sendschreiben des apostels Paulli an die Hebraeer, nach dem sinn des heiligen geistes in einem zusammenhang ausgeleget vnd erkläret*, Bremae MDCCXIV. 4. Cuius commentarii auctor epistolae ad Ebraeos, praecipue ex antiquitatibus ac traditionibus iudaeorum illustrandae, operam dedit: ***

IO. CREYGHTONI *sendbrief des apostels Paulli to den Ebreen, ontleedet en kortelyk verklaart*, Franeckerae MDCXCIX. 4. qui commentarius non tam exegeticus ac philologicus; quam analyticus ac moralis est: *

IO. HENRICI HEIDEGGERI *labores exegetici in epistolam ad Ebraeos*, vna cum commentariis *in Iosuam, Matthaeum, epistolas Paulli ad Romanos et Corinthios*, Tiguri MDCC. 4. praeter quam editionem duae aliae eaeque annorum MDCCVI. et MDCCX. 4. adducuntur; num autem illae vere prodierint; nec ne, pronuntiare haud possum: **

IO.

---

* *acta eruditor.* MDCXCV. p. 508. CZVITTINGERI *specimen Hungariae litteratae* p. 285. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 882.
** *ibidem* p. 886.
*** *ibidem* p. 888.
* LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 887.
** BERNARDI *nouuelles de la republique des lettres* MDCCI. *septembr.* p. 338.

IO. BRAVNII *commentarius in epistolam ad Ebraeos, cum indicibus locupletissimis et quibusdam tabulis aeneis elegantissimis*, Amstelodami MDCCV. 4. Eruditus ille est ac luculentus. Quomodo singula capita eorumque versus: singularum propositionum partes; siue subiecta ac praedicata, cohaereant, Braunius ostendit. Verborum significationes nunc ex philologiae; nunc ex antiquitatum, sacrarum ac profanarum, monimentis eruit. Exhiberi epistola hac compendium theologiae vtriusque foederis, existimat atque ex eadem socinianorum atque aliorum aduersariorum errores refellit. In prolegomenis disputat de auctoritate canonica ac scriptore epistolae, quem non alium; nisi Paullum esse, statuit. Quam prae se habet liber hic, dedicatione auctor commendat studia, lutheranos ac reformatos coniungendi, hocque omnino fieri posse, adfirmat, in persuasionem adductus, vtrorumque dissensionem non spectare ad fundamentum fidei. * In fine perbreuis commentatio addita est de *aeterna generatione filii.* Braunium Cocceii ac philosophiae cartesianae sectatorem fuisse, ex hoc quoque commentario patet: **

IO. D' OVTREIN *sendbrief van Paullus aan de Ebreen, ontleedet, vytgebreid en verklaart*, Amstelodami MDCCXI. 4. germanice sub titulo: *der brief Paulli an die Hebraer, zergliedert, ausgebreitet vnd erklaret*, Francofurti ab anno MDCCXIII. ad annum MDCCXVIII. 4. duobus voluminibus. Opus est praestantissimum. Praemittitur commentatio de iis omnibus, quae ad epistolae huius historiam pertinent. Commentarius ipse constat cum paraphrasi; tum expositione verborum ac rerum. Illa illustrantur ex scriptoribus graecis, praesertim ex versione septuaginta interpretum: ex antiquitatibus moribusque Ebraeorum, Graecorum ac Romanorum, ea ratione, vt auctor non mediocrem eruditionem atque industriam

* contra Braunium hac de re pugnat ITTIGIVS *praefatione dissertationis de synodo carentonensi, a reformatis in Gallia ecclesiis celebrata*, Lipsiae MDCCV. 4.

** *acta erudiror.* MDCCV. p. 360. *vnschuldige nachrichten*, 1705. p. 668. HOTTINGERI *zurichsches altes vnd neues der gelehrten welt part.* IV. p 231. ALETHAEI *berichte von commentariis vber die schrift part.* V p. 33. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 884. FABRICII *historia bibliothec. part.* IV. p. 93.

ſtriam monſtret. Additæ ſunt enarrationes in varia dicta veteris teſtamenti, quæ epiſtolæ ad Ebræos lucem præbent: *

EDVARDI WELLS *ſaint Paul's epiſtle to the Ebrews explain'd*, Oxonii MDCCXIII. 4. Complectitur liber hic textum græcum, ad optimas atque antiquiſſimas lectiones emendatum, cum verſione anglica; præter hunc autem, luculentam paraphraſin ac breuiores notas, ad illum illuſtrandum additas: **

CLEMENTIS STRESONIS *meditatien of bedenkingen ouer de zendbrief aen de Ebreen*, Amſtelodami MDCCXIV. 4.

GVIL. VERMATEN *ontleeding en korte verklaaring van Paullus brief aen de Ebreen*, Amſtelodami MDCCXXII. 4. Id ſibi potiſſimum auctor propoſitum habuit, vt ſcopum apoſtoli in epiſtola hac diligenter erueret ac coniunctionem ſermonis, inprimis argumentorum, monſtraret; id autem agendo, ipſis litteris, ad Ebræos exaratis, lucem adferret. Morte impeditus, opus abſoluere haud potuit; nec poſteriorem illius partem publicæ luci exponere: ***

PAVLLI HVLSII *verklaaring van de brief van den apoſtel Paullus aan den Ebreen*, Roterodami MDCCXXV. 4. duobus voluminibus:

IACOBI PEIRCII *paraphraſe and notes on the epiſtle of ſaint Paul to the Ebrews*, Londini MDCCXXVII. 4 ac coniunctim cum paraphraſibus notisque in epiſtolas *ad Coloſſenſes et Philippenſes*, Londini MDCCXXXIII. 4. quam editionem antea recenſui. Paraphraſin in *epiſtolam ad Ebræos* Peircius ipſe ad decem priora tantum capita perduxit; tria reliqua autem, ſimili ratione enarrata, IOSEPHVS HALLETTVS iunior addidit, vna cum commentatione de auctore ac lingua epiſtolæ huius. * Librum hunc in ſermonem latinum transtulit notasque eruditiſſimas adiecit *Io. Dauid Michaelis.* Prodiit ille in lucem ſub titulo: *paraphraſis et notæ philologica*

* LILIENTHALII *exegetiſche bibliothec* p. 889.

** *ibidem* p. 882.

*** *acta eruditorum* MDCCXXIII. p. 223. LILIENTHALII *exegetiſche bibliothec* p. 892.

' commentatio hæc latine exſtat in WOLFII *curis philologic. et critic. tom.* III. p. 806.
CASPAR. HEVNISCHII *synopsis chronotaxeos apocalypticæ Hoffmanni*, Ienæ MDLXXVIII. 4. eiusdem: *hauptschlüssel der offenbarung Ioannis*, Schleusingæ MDLXXXIV. 4. Lipsiæ MDCXCVIII. 8. latine sub titulo: *clauis apocalyptica et ezechielica: illa ad recludendam et intelligendam apocalypsin e manuscripto Matth. Hoffmanni, Macharopæi dicti; hac*

* LE LONG *bibliotheca sacra* p. 896.

** adducitur in catalogo *bibliothecæ bodleianæ part.* II. p. 42.

*** sententiæ huius sunt: HARDT in *notitia vitæ ac scriptorum Knorrii*, quæ in SCHMIDII *sagittarianæ introduct. in historiam ecclesiastic. tom.* II. exstat, p. 18. vbi liber hic *nitidus commentariolus in apocalypsin* adpellatur: DAHLEMANNVS in *dem schauplatz masquirter vnd demasquirter gelehrten* p. 256. LILIENTHALIVS in *dem biblischen archiuario neuen testaments* p. 806. LE LONG *bibliothec. sacr.* p. 896. WOLFIVS *cur. philolog. et critic. in apocalypsin* p. 374. atque alii apud PLACCIVM *theatro pseudonymor.* p. 489.

* vide: SPENERI *lezte theolog bedencken part.* I. p. 269. MOSHEMII *dissertationem de spiritu propheticæ de christo testante.* Est Kolhansius ille, qui ad quackeros se adiunxit.

** plura de libro hoc tradunt: IKENIVS *schediasmate ad Stoschii catalogum commentariorum rariorum in apocalypsin tom.* I. *symbolar. litterariarum bremens.* p. 586 et STOSCHIVS *analectis ad dictum catalogum tom.* II. *symbol. litterar.* p. 364. SPENERVS *consil. theologic. part.* III. p. 228.

GEORG. FRIDERICI SCHWEIZERI *prophetischer offenbarungs-schlussel; oder erklærung des wortuerstands der offenbarung Ioannis*, Vlmæ MDCCIX. 8.

IO. GVSTAVI REINBECKII *kurtze erörterung des hauptinnhalts der heiligen offenbarung sanct Ioannis, statt des sechzehenden, siebzehenden vnd achtzehenden beytrags der freywilligen hebopfer zur prüfung übergeben*, Berolini MDCCXXII. 8. quæ breuis interpretatio ita conscripta est, vt apocalypsi lucem omnino adferat ac lectione digna sit: *

DAVIDIS ISRAEL. DIMPELII *einleitung in die offenbarung Ioannis, mit beygefugten moralien vnd nutzanwendungen*, Lipsiæ MDCCXXX. 8. Vsus est auctor methodo quæstionum ac responsionum quumque monstraret, se Spenero addictum esse, non omnibus se commendauit. Quæ tradidit de futuris ecclesiæ fatis, ea non penitus adprobari possunt: **

IOACHIMI LANGII *apocalyptisches licht vnd recht, das ist, richtige vnd erbauliche erklærung des prophetischen buchs der heiligen offenbarung Ioannis, darinn nach dem bisher auch bey der euangelischen kirche sehr beliebt gewordenen systemate Vitringiano, nach einem nöthigen vorbericht, erstlich eine ausführliche einleitung vnd nach der exegetischen abhandlung zur mehrern erlæuterung vnd beuestigung des richtigen verstands, eine genaue vbereinstimmung gedachter offenbarung mit den propheten des alten testaments, sonderlich dem Iesaia aus Campegii Vitringæ commentario vber den Iesaiam dargeleget wird*, Halæ MDCCXXX. fol. Ex titulo operis huius, iam enarrato, haud difficulter perspicitur, quæ sit illius ratio. Præstantissimum illud est atque inter optimos apocalypseos commentarios referri debet. Spectare patefactionem hanc diuinam ad feliciora ecclesiæ fata, recte cum Spenero atque aliis nostris ac reformatis doctoribus statuit ac quamuis maxime Vitringam sequatur; nonnumquam tamen ab eo dissentit variasque expositiones exhibet, quæ saltem aptiores ac faciliores videntur. Equidem libri huius iam supra mentionem feci, quum commentarios in scripturam

V

* exstat illa in *dem freywilligen hebopfer volum.* II. p. 467.
** *samlung von alten vnd neuen theolog. sachen*, 1731. p. 1031.

vniuersam recenserem; sigillatim tamen ac copiosius illum loco hoc commemorandum esse, existimaui: *

CHRISTOPHORI ALBERTI LOESECKENII *erklarung der offenbarung Ioannis*, Halæ MDCCXXXI. 4. Auctor commentariorum in libros noui testamenti opus, quod *Georg. Michael Laurentii* susceperat, supplere atque perficere voluit, quumque ille apocalypsin illustrandam aliis reliquisset, ad expositionem eius Lœseckenius accessit ac cum Laurentii eamdem explanandi rationem adhibuit. De iis, quæ de tempore mille annorum prædicta sunt, cum Spenero, Vitringa atque aliis recentioribus consentit, ea nondum euenisse ac meliorem ecclesiæ faciem promissam fuisse: **

IO. ALBERTI BENGELII *erklärte offenbarung Ioannis; oder vielmehr iesu christi, aus dem reuidirten grundtext durch die prophetischen zahlen aufgeschlossen vnd allen, die auf das werck vnd wort des herrn mercken vnd dem, was vor der thur ist, würdiglich entgegen zu kommen, begehren, vor augen geleget*, Stuttgardiæ MDCCXL. et iterum MDCCXLVI. 8. cuius posterioris editionis factæ sunt accessiones quædam atque emendationes. Iudicia virorum eruditorum de libro hoc sunt diuersa. Alii laudant illum: alii reprehendunt; aut in varia vitia saltem, quæ in eo sint, animaduertunt. Diffitendum non est, Bengelium de prædictis temporibus ac rebus coniecturas fecisse, quæ ab aliorum interpretum sententiis ita discedunt, vt non singulari probabilitate se commendent; istum tamen multa capita feliciter illustrasse; nec mediocrem iudicii ingeniique vim ostendisse, itidem iudex æquus atque a partium studio alienus fateri debet: ***

LAVRENTII REINHARDI *chronotaxis noua apocalypseos ioanneæ, noui commentarii in apocalypsin prophetico-historico-dogma-*

* *acta eruditor.* MDCCXXX. p. 257. COLERI *auserlesene theol. bibliothec volum.* IV. p. 881.

** *samlung von alten vnd neuen theolog. sachen*, 1732. p. 284.

*** KRAFTII *theolog. bibliothec volum.* I. p. 206. *nouor. actor. eruditor. supplement. tom.* V. p. 247. LILIENTHALII *theologische bibliothec tom.* II. p. 1029. *früh aufgelesene fruchte*, 1741. p. 199. LANGII *præfatio* ad interpretationem germanicam SHERLOCKII *verwahrungsmittel gegen das pabstthum*, Halæ MDCCXLI. 8. *altes vnd neues aus dem reiche gottes part.* X. p. 3.

dogmatici, germanica lingua euulgandi, prodromus, Vinariæ MDCCXLI. 4. Quam firma esset chronotaxis hæc, ex commentario promisso videndum fuisset; minus autem ille in conspectum publicum venit: *

IO. CHRISTOPHORI HARENBERGII *erklärung der offenbarung Ioannis*, Brunsuigæ MDCCLIX. 4 qui commentarius multa complectitur, erudite exposita ac lectione digna: **

SAMVEL. BENIAMIN. FEHRII *anleitung zum rechten verstand vnd gebrauch der offenbahrung Ioannis; oder vielmehr iesu christi, aus den schriften bewährter schriftausleger zusammengezogen, mit vberzeugenden grunden deutlich bewiesen, so viel das vergangene betrift, aus der kirchen vnd weltgeschichtskunde hinlænglich erlæutert*, Altenburgi MDCCLXI. 4. opus, magna cum industria elaboratum ac præ multis aliis commentariis in apocalypsin commendandum. Auctor Bengelium præcipue sequutus est ac quæ ille in paullo ante memorata expositione apocalypseos atque aliis scriptis ad librum hunc scripturæ explanandum tradidit, illa recensuit, illustrauit, confirmauit; ea tamen ratione, vt et alios interpretes consuleret: varias diuersasque illorum sententias enarraret ac diiudicaret. Præfationem scripsit *Christianus Augustus Crusius* eamque copiosam atque eruditam. Addi possunt dissertationes ac commentationes de singularibus argumentis, quæ ad ipsam apocalypsin vniuersam spectant: GVSTAVI SCHROEDERI *quod apocalypsis ad Ioannem euangelistam et apostolum referenda sit*, Rostochii MDCXCVII. IO. FECHTII de *canonica apocalypseos auctoritate*, Rostochii MDCCXI. IO. HERMANNI AB ELSWICH de *inscriptione apocalypseos*, Vitembergæ MDCCXV. CHR. AVG. HEVMANNI *analysis apocalypseos* vsque ad caput XIII eo consilio instituta, vt pateat, capitibus XI prioribus ecclesiæ fata ab adscensione christi vsque ad seculum sextum ac decimum; capite vero XII. emendationem sacrorum, Lutheri opera factam, significari. *** Exstat etiam IACOBI FRIDERICI

REIM-

* *nouor. actor. eruditor. supplementor. tomo* v. p. 81.

** *samlung von alten vnd neuen theologischen sachen*, 1759. p. 642.

*** translata est illa in eius *Lutherum apocalypticum* p. 1.

REIMMANNI *analysis apocalypseos*, * quae noua; simul autem, vti videtur, paradoxa est. BERN. PETRVS KARLIVS exposuit de *vera ordinis ac temporis apocalypseos ratione.* **

2) *Reformatorum*

THEODORI BIBLIANDRI *commentarius in apocalypsin Ioannis*, Basileae MDXLIX. 8

SEBASTIANI MEYERI *commentarius in apocalypsin*, Tiguri MDLIV. MDCIII. fol.

GVIL. FVLCONIS; siue FVLKII *praelectiones in apocalypsin*, Londini MDLVII. MDLXXIII. 4.

MARTINI BORRHAVSII *commentarius in apocalypsin*, Basileae MDLXI. Tiguri MDC. fol.

ALPHONSI CONRADI, mantuani, *in apocalypsin Ioannis apostoli commentarius*, Basileae MDLXXIV. 8. qua editione et antiquior eaque anni MDLX. 8 memoratur. Sequitur auctor communem sententiam atque apocalypsin in septem visiones diuidit. De numeris, temporibus, populis, quorum in illa mentio fit haud quidquam definit; attamen multa praedicta esse de pontifice romano, antichristo, recte statuit. Quo vtitur, scribendi genus est perspicuum. *** Liber ipse inter scripta maxime rara numeratur: *

IACOBI BROCARDI *interpretatio et paraphrasis libri apocalypseos*, Lugduni Batauorum MDLXXX. MDCX. 8. quae et in sermonem anglicum conuersa sub titulo: *paraphrase vpon the reuelation*, interprete *Iacobo Sandfordio*, prodiit, Londini MDLXXXII. 4.

10.

* subiuncta est eiusdem *ideae compendii theologici*, Hildesiae MDCCXXIV. 8. editae. Exstat illa quoque in *bibliotheca bremensi class.* VII p. 736.

** in *bibliotheca bremensi class.* III. p. 598. adde: ZEROLDI *erklärung der heiligen schrift* p. 549. vbi clauis apocalypticos suppeditatur.

*** *samlung von alten vnd neuen theolog. sachen*, 1737. p. 530.

* STOSCHII *catalogus rariorum in apocalypsin commentariorum* in *symbolis litterar. bremens.* tom I p. 568. IKENII *schediasma ad dictum catalogum*, ibidem p. 582. STOSCHII *analecta ad catalogum eumdem*, *ibidem tomo* II. p. 562. VOGTII *catalogus librorum rariorum* p. 213.

IO. FOXII *praelectiones et meditationes in apocalypsi Ioannis*, Londini MDLXXXVII. fol. Geneuae MDXCVI. MDCXVIII. 8.

FRANCISCI IVNII *apocalypsis Ioannis apostoli et euangelistae, methodica analysi argumentorum notisque breuibus, ad rerum intelligentiam et catholicae christianae ecclesiae historiam pertinentibus, illustrata*, Heidelbergae MDXCI. Basileae MDXCIX. 8. gallice MDXCII. MDXCVIII. Londini MDXCII. 8.*

CAROLI GALLI *clauis prophetica noua apocalypseos*, Antuerpiae MDXCII. 8.

IO. NAPEIRII *explicatio apocalypseos Ioannis*, quae prodiit primum anglice, Edimburgi MDXCIII. MDCXI. 4. deinde gallice, Rupellis MDCIII. MDCVII. Geneuae MDCXLII. 4. belgice, Middelburgi MDCVII. 8. germanice, Lipsiae MDCXI. Francofurti MDCXV. MDCXXVII. 8. Gerae MDCLXI. 4. Quae multae editiones ac versiones testantur, librum hunc viris eruditis non mediocriter se commendasse. Locum ille sibi fecit in scriptis rarioribus: **

IONAE LE BVY DE LA PERIE *paraphrase et exposition sur l'apocalypse*, Geneuae MDC. MDCLI. 4. Commentarius hic fictum auctoris nomen prae se habet. Latet sub illo PETRVS LAVNAEVS. *** Liber laudatur atque inter scripta rariora refertur: *

RAPHAELIS EGLINI *epilysis apocalypseos sancti Ioannis*, Tiguri MDCI. fol. Hanouiae MDCXI. 4.

ARTHVRI DENT *ruine of Rome, being an exposition on the reuelation*, Londini MDCVII. 4. MDCXXII. 8. MDCXLIV. 4. cuius libri rarior fit mentio:

IO. TAFFINI *exposition de l'apocalypse de saint Iean auec deduc-*

---

* est in eiusdem *operum theologicorum tomo* I. p. 1693.

** IKENII *schediasma de rarioribus in apocalypsin commentariis tom.* I. *symbolar. litterar. bremensium* p. 585. STOSCHII *analecta ad catalogum commentarior. rarior. in apocalypsin ibidem tom.* II. p. 562. SCHELHORNII *vita Philippi Camerarii* p. 181. MARCKII *praefatio commentarii ad apocalypsin.*

*** ANCILLONII *melange critique de litterature tom.* I. p. 167.

IKENIVS et STOSCHIVS *dictis locis tom.* I. *symbolar. litterarior.* p. 586. *tom.* II. p. 564.

deduction de l' histoire et chronologie, Flessingae MDCIX. Middelburgi MDCXIV. 8.

THOMAE BRIGHTMANNI *apocalypsis apocalypseos; siue apocalypsis sancti Ioannis, analysi et scholiis illustrata*, Francofurti MDCIX. 4. MDCXVIII. 8. Heidelbergae MDCXII. 8. anglice Londini MDCXVI. 8. MDCXLIV. 4. Addita est *refutatio Bellarmini de antichristo*, ad quem defendendum ANDREAS EVDAEMON-IOANNES *castigationem in Brightmanni apocalypsin apocalypseos* edidit. Adnumeratur commentarius hic a nonnullis scriptis rarioribus; sine iure autem, vt videtur, quia non semel; sed iterum atque iterum litteris descriptus est ac saepe conspiciendum se praebet. Vtilitatem quidem non singularem iste promittit; attamen non contemni debet: *

LVDOVICI LVCII *notae textuales et exegesis analytica in apocalypsin*, Hanouiae et Francofurti MDCXIII. 8.

PATRICII FORBESII *commentary vpon the reuelation*, Londini MDCXIII. fol. quem commentarium filius, *Io. Forbesius*, latine reddidit notisque illustrauit, Amstelodami MDCXLVI. 4. Adiunxit quoque patris *tractatum apologeticum de legitima vocatione ministrorum euangelii in ecclesiis reformatis* ac *de origine romana ἀποςασίας* et *de antiquitate reformatarum ecclesiarum*. Commentarius ipse breuis quidem est; attamen doctus ac lectione dignus: **

CONRADI GRASERI *plaga regia, hoc est, commentarius in apocalypsin Ioannis, quatenus haec prophetia per decurrentia ecclesiae catholicae secula hucusque impleta est*, Tiguri MDCXIV. 4.

MATTHAEI COTTIERE *expositio perpetua in apocalypsin*, Salmurii MDCXIV. Sedani MDCXXV. 4.

DAVID. PAREI *commentarius in apocalypsin*, Heidelbergae MDCXVII. MDCXXII. 4 ***

IACOBI MONTACVTII *paraphrasis in apocalypsin*, Londini MDCXIX. fol.

* FABRICII *historia bibliothec. part.* VI. p. 391. IKENII *schediasma de rarioribus in apocalypsin commentar. tom.* I. *symbolar. litterar. bremensi.* p. 586. STOSCHII *analecta ad catalog. rarior. commentarior. in apocalypsin ibidem tom.* II p. 563.

** LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 928.

*** FABRICII *histor. bibliothec. part.* III. p. 355.

LVDOVICI DE DIEV *apocalypsis Ioannis, graece et latine, cum animaduersionibus*, Lugduni Batauorum MDCXXVII. 4.

IOSEPHI MEDI *clauis apocalyptica, ex innatis et insitis visionum characteribus eruta et demonstrata, vna cum commentario in apocalypsin*, qui liber sub titulo hoc latine lucem adspexit, Cantabrigiae MDCXXVII. 4. MDCXXIX. 4. MDCXLIX. 4. cui tertiae editioni accessit: *coniectura de gog et magog*. Prodiit etiam opus hoc anglice, inscriptum: *the key of the reuelation with a commentary thereupon*, Cantabrigiae MDCXXXII. MDCXLIII. 4. Londini MDCL. 4. * Egregium illud est atque optimis apocalypseos commentariis adnumerandum, si quaedam excipiantur, quae praecipue ad chiliasmum spectant. Iudicium, eruditionem, studium veritatis auctor abunde monstrauit. Locum obtinuit *clauis* haec inter scripta rariora. ** Praeter eam, MEDVS iuris publici fecit librum, cuius titulus est: *opuscula latina, ad rem apocalypticam spectantia: responsio ad stricturas Danielis Laweni in clauem apocalypticam: responsio ad animaduersiones Ludouici de Dieu in clauem et commentarium apocalypticum: adnotationes in apocalypsin*, Cantabrigiae MDCLII. 4. ***

Explication de l' apocalypse de iesus christ, Lugduni Batauorum MDCXXXIII. qui liber rarus esse dicitur: *

IONAE LE BVX *paraphrasis expositionis apocalypticae*, gallice, Geneuae MDCLI. 4. **

GVIL. COOPERI; siue COWPERI, CVPERI *expositio in apocalypsin*, quae quum anglice prodiisset, translata illa est a *Io. Lamotio* in linguam belgicam atque in lucem exiit, sub titulo: *vytlegging op Ioannis apocalypsis*, Amstelodami MDCLVI.

---

* in iam dictis *symbolis litterariis tom.* 1. p. 568. memoratur editio Cantabrigiae MDCXLI. 12.

** FREYTAGII *analecta de libris rarioribus* p. 585. VOGTII *catalogus librorum rariorum* p. 450. *symbolae litterariae bremens. tom.* 1. p. 568. 584. SPENERI *consilia theologic. part.* III. p. 228.

*** scripta MEDI, iam memorata, exstant etiam in eius *operibus*, quae prodierunt eaque anglica Cantabrigiae MDCXLVIII. 4. duobus voluminibus: Londini MDCLXXII. fol. latina Cantabrigiae MDCLII. 4.

* STOSCHII *catalogus rariorum in apocalypsin Ioannis commentariorum*, qui est in *symbolis litterar. bremens. tom.* 1. p. 569.

** recenset illam LE LONG *bibliotheca sacra* p. 659.

MDCLVI. fol. Editus etiam est commentarius hic germanice, MDCLXXI. 8. In existimatione ille est ac sæpe ab interpretibus adducitur:

GVIL. GVILD *commentarius in apocalypsin*, Londini MDCLVI. 8.

OCTAVIANI AMYRALDI *introduction a l' exposition de l' apocalypse*, Hagæ comitum MDCLVIII. 4.

HENRICI A DIEST *analysis apocalypseos exegetica, ex commentario Dauidis Parei cumprimis contexta*, Arnhemiæ MDCLXIII. 4.

HENRICI MORI *visionum apocalypticarum ratio synchronistica, tabulis synchronisticis, vniuersas apocalypseos visiones propheticas continentibus, eximie illustrata*, Londini MDCLXVI. 4. *expositio prophetica septem epistolarum, ad septem ecclesias asiaticas missarum*, anglice, Londini MDCLXIX. 8. Addi potest eiusdem *synopsis prophetica; siue compendiosus prospectus in sacrarum scripturarum vaticinia de antichristo venturo*, quum multa ibi dicta sunt, quibus Morus apocalypsi lucem adferre voluit. * Minus iste omnibus se commendauit: immo nactus est aduersarios, id quod haud mirum est. Coniecturas interdum fecit, a probabilitate alienas, iisque nimium tribuit. Pauci eam ob rem fuerunt, qui omnes labores eius, apocalypseos caussa susceptos, laudarent. Defensus fuit a se ipso; aut ab alio, qui nomen suum omisit, in opusculo, inscripto: *an answer to seueral remarks vpon dr. Henry More his expositions of the apocalypse and Daniel*, Londini MDCLXXXIV. 4. **

ANTONII GRELLOTI *prodromus in Ioannis apocalypsin, in quo hactenus minus bene intellecta explicantur*, Lugduni Batauorum MDCLXXV. 4. Constituerat auctor, integrum iustumque commentarium in apocalypsin euulgare; antequam autem ille in lucem exiret, *prodromum* hunc edidit, vt ex eo intelligeretur, quid ab ipso commentario exspectandum esset. Minus ille in conspectum publicum venit,

 for-

* scripta hæc exstant in eius *operibus theologicis*, Londini MDCLXXV. fol. editis. Quæ Morus antea anglice euulgauerat, ea ipse latine reddidit.

** *acta eruditorum* MDCLXXXV. p. 119.

fortasse eam ob caussam, quoniam nullus bibliopolarum ad id adduci potuerit, vt ad librum hunc describendum sumtus suppeditaret. Ex *prodromo* patet, Grellotum fuisse virum doctissimum ac litterarum peritissimum. Multas voces ac dictiones ex Ebræorum scriptis illustrauit ac de apocalypseos auctore, sensu mystico, difficultate, variis lectionibus, interpretibus similibusque argumentis præfatus est. Chiliasticas tamen sententias tuetur: *

IAMESII DVRHAMI *commentary upon the book of reuelation*, Edimburgi MDCLXXX. 4. qui liber commentariis melioris notæ adnumerandus est. Postquam auctor textum interpretatus est de ipsis vaticiniis secundum diuersa eorum tempora distincte exponit atque ostendit ex historia, alia illorum iam euenisse; de aliis autem, quorum res nondum acciderint, modeste coniecturas adfert atque vbique eruditionem ac iudicium monstrat: **

NICOLAI MVLERII *vaticinia Pathmi elucidata; seu reuelationum propheticarum diuinæ apocalypseos Ioannis explicatio plana et facilis*, Harderuici MDCLXXXIV. 4. duobus voluminibus. Antea prodiit eiusdem *exegesis in posteriora capita apocalypseos*, ibidem MDCLXXXII. 12.

IO HENRICI HEIDEGGERI *in diui Ioannis theologi apocalypseos prophetiam de Babylone magna diatriba*, Lugduni Batauorum MDCLXXXVII. 4. duobus tomis. Præclarum est opus, quod quamuis non integram ac pleniorem apocalypseos expositionem complectatur; memorabile tamen illius vaticinium de Babylone magna copiose et erudite illustrat atque omnino dignum est commemoratione:

HENRICI VAN WESEL *verklaaring ouer de openbaring*, Enchusiæ MDCLXXXVIII. 4.

IO. MARCKII *in apocalypsin Ioannis commentarius; seu analysis exegetica, qua lectionum varietas exhibetur: vocum et phrasium vis aperitur: emblemata visa iuxta eam pinguntur: significatio mystica indagatur et celebrium virorum glossa* ad

* FABRICII *historia bibliothec. part.* IV. p. 102. SPENERI *consilia theologica part.* III. p. 128. 137.

** LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 929.

ad examen vocantur, Traiecti ad Rhenum MDCLXXXIX. 4. * et iterum MDCXCIX. 4. Editio hæc ſecunda emendatior eſt atque auctior. Acceſſerunt animaduerſiones in Io. van der Wæyen cenſuram, quam ille contra Marckii præfationem commentarii huius fecerat. In ea enim quum Marckius ſententiam Cocceii de ſeptem periodis noui teſtamenti impugnaſſet, inter iam dicti Cocceii adſeclas non defuerunt, qui aduerſus illum ducis ſui doctrinam defenderent. In ipſo commentario ea omnino habentur, quæ adductus præ ſe fert titulus. Quæ geſta ſunt in ciuitate chriſtiana, ea auctor cum apocalypſi confert atque in temporum rationes, ibi indicatas, inquirit, num illæ cum ipſis factis conſentiant; nec ne. De iis, quæ futura ſunt, caute iudicat. Interpretationem belgicam commentarii huius *Corn. van Santvoort* edidit; ita tamen compoſitam, vt iſte veluti in epitomen redactus fuerit: **

IO. BIERMANNI *clauis apocalyptica-prophetica, hoc eſt, ſeptem eccleſiarum ac totidem ſigillorum, tubiciniorum et phialarum apocalypticarum analytica explicatio: earumdem cum prophetiis veteris teſtamenti collatio atque ad ſuas hiſtorias adplicatio*, Traiecti ad Rhenum MDCCII. 4. In libro hoc non vniuerſa apocalypſis iuſto ordine explicatur; ſed auctor operam ſuam in eo poſuit, vt Cocceii, cui ſe addixit, doctrinam de ſeptem periodis eccleſiæ noui teſtamenti explicaret ac firmiorem redderet; ita autem, vt perſuaſit ſibi, clauem apocalypticam ſuppeditaret. Quæ in apocalypſi ad dictas periodos haud reſpicere exiſtimauit, ea prætermiſit; nec quidquam ad illa illuſtranda adtulit. Vaticinia præterea veteris teſtamenti diligenter enarrauit, vbi ipſi videbatur, conſentire illa cum ſeptem periodis. Adſeuerauit tamen nonnulla firme, quæ ſi non aperte falſa; dubia tamen ſunt; nec obſcure ſignificauit, ſe a dogmate chiliaſmi haud alienum eſſe: ***

* *hiſtoire des ouvrages des ſauans* MDCLXXXIX. *iun.* p. 340.

** LILIENTHALII *exegetiſche bibliothec* p. 930. ALETHAEI *berichte von den commentariis uber die ſchrift part.* II. p. 195.

*** *journal des ſauans* MDCCII. *auguſt.* p. 877. *acta eruditor.* MDCCII. p. 188. *unſchuldige nachrichten*, 1702. p. 381. LILIENTHALII *exegetiſche bibliothec* p. 931.

CAMPEGII VITRINGAE *ἀνάκρισις apocalypseos Ioannis apostoli, qua in veras interpretandae eius hypotheses diligenter inquiritur et ex iisdem interpretatio facta certis historiarum monimentis confirmatur atque illustratur: ea etiam, quae Meldensis praesul Bossuetus in huius vaticinii commentario supposuit et exegetico protestantium systemati in visis de bestia ac Babylone mystica obiecit, sedulo examinantur*, Franekerae MDCCV. 4. iterum Amstelodami MDCCXIX. 4. quae editio auctior est, ac Weissenfelsae MDCCXXI. 4. Multa sunt, quae operi huic singularem existimationem ac principalem locum inter commentarios apocalypseos conciliarunt, adcuratior ordo, solida atque erudita rerum ac verborum explicatio, modesta iudicia de aliorum interpretationibus, moderatio in iis definiendis, quae obscura et adhuc futura sunt, studium veritatis. Sequitur nonnumquam auctor Cocceium; dissentit autem etiam ab eo. Ostendit ingenium non solum sacris; sed profanis etiam litteris excultum ac multa ex antiquitatibus iudaicis illustrat Quae nonnulli in libro hoc reprehendunt, ea non magnum habent momentum; nec praestantiam istius imminuunt. Spectat huc IO. IVSTI SPIER dissertatio de *apocalypsis sensu mystico Vitringiano*, Vitembergae MDCCXXX. *

GVIL. WHISTONI *an essay on the reuelation of saint Iohn*, Cantabrigiae MDCCVI. 4. quem librum auctor eo praecipue consilio scripsit, vt chiliasmum stabiliret. Eam in rem apocalypsin Ioannis mathematice explicare voluit ac sumsit sibi, initium regni mille annorum ad MDCCXV. vel MDCCXVI. referre; falsum autem fuisse hoc ipsius Whistoni vaticinium, nunc manifestum est. Prodidit ille vti in aliis scriptis; ita in hoc quoque sententias paradoxas: **

HENRI-

* CLERICI *bibliotheque choisie tom.* VI. p. 334. *bibliotheque ancienne et moderne tom.* XV. p. 46. BERNARDI *nouuelles de la republique des lettres* MDCCV. *octobr.* p. 363. *iournal des sauans* MDCCVII. *febr* p 359. *acta eruditor.* MDCCVI. p. 27. *iournal literaire. tom.* X. p 472. *vnschuldige nachrichten*, 1706. p. 149. FABRICII *historia bibliothecae part.* IV. p 490. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p 934. ALETHAEI *berichte von commentariis vber die schrift part.* IV. p. 353.

** *vnschuldige nachrichten*, 1707. p. 448.

HENRICI GROENEWEGENII *kette prophetischer gottes-gelehrtheit, beweisende, dass die auslegung der offenbahrung Ioannis ein wahrer schlüssel der weissagung, aus einer volkommenen übereinstimmung der offenbarung mit dem hohenlied Salomonis und einiger sonderbahresten prophezeyungen*, Francofurti MDCCXI. 4. Operis huius ex sermone belgico in germanicum conuersi, non ea est ratio, vt perpetuam apocalypseos expositionem complectatur; sed auctor monstrare adnisus est, apocalypsin vaticiniis veteris testamenti lucem præbere hæcque ex illa explicanda esse, quumque opinatur, Salomonis canticum libris propheticis adnumerari debere, priora vndecim capita apocalypseos cum cantico isto atque aliquot prophetarum prædictionibus contulit, quam comparationem interdum non bene institutam esse, facile intelligi potest. Quæ libris fœderis prioris de Assyriis, iudæis atque aliis gentibus dicta sunt, ea ad res noui testamenti, in apocalypsi indicatas, respicere ac figuras illarum exhibere, putat: Cocceium sequitur ac sententiam de regno mille annorum defendit: *

CONRADI BRVSSKENII *schlüssel der offenbahrung*, Offenbaci MDCCXIII. 4. vbi ea traduntur, quæ paradoxis adnumerari possunt:

HENRICI BOEKHOLTI *verklaaring ouer de openbaringe van Ioannes*, Harlingæ MDCCXVII. 4.

ANTONII DRIESSENII *meditationes in sacram apocalypsin*, Traiecti ad Rhenum MDCCXVII. 4. Eam rationem apocalypsin explicandi, auctor iniit, quæ noua quidem est; attamen etiam multis difficultatibus obnoxia. Persuadet sibi, septem ecclesias asiaticas, ad quas in libro hoc diuino exstant epistolæ, velut emblemata esse ecclesiæ, in septem distinctæ tempora; neque in iis historicum; sed mysticum sensum locum habere. Periodorum annos adcurate ac distincte definire, sibi sumit. A septem periodis distinguit octauam atque vltimam et ad illam refert, quæ de regno mille annorum prædicta sunt. Resurrectionem, quæ ante regnum hoc fieri debeat, litterali sententia intelligendam esse, statuit.

* LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 932.

tuit. * Quum Hermannus Deusingius quasdam harum meditationum apocalypticarum confutasset, defendit se DRIESSENIVS atque edidit: *responsiones ad Hermanni Deusingi dubium, motum circa chronotaxin apocalypticam; nec non rationes, regnum millenarium sollicitantes*, Traiecti ad Rhenum MDCCXVII. 4. ** Nec solum contra Deusingium; sed etiam contra alios aduersarios atque in his Nicolaum Hartmannum caussam suam egit: ***

EDVARDI WELLS *an help for the more easy et clear vnderstanding of the holy scriptures, being the reuelation of saint Iohn the diuine*, Oxonii MDCCXVIII. 8. Constat liber hic paraphrasi ac notis, quæ breuiores sunt, et coniunctum sibi habet textum græcum cum interpretatione anglica. In conscribendo isto auctor præcipue ea ad vsum suum transtulit, quæ Medus ac Whistonus in apocalypsin commentati sunt: *

RVARDI ANDALA *exegesis illustrium locorum sacræ scripturæ. Accedit clauis apocalyptica*, Franeckeræ MDCCXX. 4. Liber hic tantum ob *clauem apocalypticam*, quæ addita est, a me recensetur. In ea auctor propositiones, vti eas vocat, exhibet, quas interpres apocalypseos ante oculos ponere sibi debeat, vbi eam rite intelligere atque explicare velit. Vt propositiones has confirmaret atque illustraret, varia loca apocalypseos explanauit ** ac postea ipsum commentarium in librum hunc diuinum sermone belgico edidit. Titulus eius est: *verklaaring van de openbaringe van Ioannes*, Leouardiæ MDCCXXVI. 4. Præmisit Andala paullo ante memoratam *clauem apocalypticam*, belgice redditam, ac præter hanc, adiecit tabulam, quæ ordinem et connexionem visionum

* *iournal literaire part.* VIII. p. 449. *acta erudítor.* MDCCXVII. p. 340. *neuer bucherfaal der gelehrten welt volum* V. p. 699. *vnschuldige nachrichten*, 1717. p. 151. 621. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 936.

** *acta eruditorum* MDCCXVIII. p. 450. *vnschuldige nachrichten*, 1717. p. 623.

*** *bibliotheca bremensis class.* II. p. 365.

* *bibliotheque angloise tom.* II. p. 59.

** *acta eruditorum* MDCCXXV. p. 300.

num apocalypticarum, facile cognoscendam, monstrat. In numero interpretum iste est, qui Cocceium sectantur: *

CHRISTIANI IO. BOMBLE *analysis; nec non chronotaxis apocalyptica*, Amstelodami MDCCXXI. 4. Conscriptae illae sunt ex VITRINGAE *commentario in apocalypsin*, cum illius consensu, atque cum dicto commentario vtiliter coniungi possunt: **

IACOBI ABBADIE *ouuerture des sept sceaux par le fils de dieu, ou le triomphe de la prouidence et de la religion*, Amstelodami MDCCXXI. 12. duobus voluminibus, quod opus non commentarium quidem exegeticum in apocalypsin comprehendit; adiumenta tamen praebet egregia ad illam illustrandam. Auctor, in persuasionem adductus, apocalypsin firmissime demonstrare veritatem religionis christianae; quum ibi historia imperii atque ecclesiae a tempore Ioannis vsque ad finem mundi exhibeatur, ipsas has res gestas copiose enarrat, ea ratione, vt respiciat ad apocalypsin eique lucem adferat. Librum hunc doctissimum *Abr. Moubach* in sermonem belgicum conuertit haecque interpretatio, vberioribus notis instructa, prodiit sub titulo: *triumpherende gotsdienst, by de opening der zeuen zegelen vertoont en aan Ioannes op't Eilandt Patmos geopenbaart*, Amstelodami MDCCXXVI. 4. duobus voluminibus: ***

IO. IACOBI SCHEVERMANNI *offenbarung Ioannis, schriftmäsig erkläret*, Lipstadii MDCCXXII. 4. quae explicatio vsque ad nonum tantum apocalypseos caput perducta est. Ostendit illa singularem auctoris industriam: *

Essai sur l'apocalypse, auec des eclaircissemens sur les propheties de Daniel, qui regardent les derniers tems, MDCCXXIX. 4. Prodiit liber hic sine auctoris nomine; qui autem CRINSOZ DE BIONENS esse dicitur et vti suspicor, inter ecclesiae reformatae interpretes apocalypseos locum obtinet. Praeter ipsum apocalypseos textum, exhibet ille paraphra-

* LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 938.
** *acta erudit.* MDCCXXII. p. 95.
*** *maandel. uittreksels* MDCCXXV. *decembr.* p. 703. MDCCXXVI. *febr.* p. 131. NICERONII *memoires tom.* XXXIII. p. 386. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 940.
* *samlung von alten und neuen theologischen sachen*, 1723. p. 993.

raphrasin ac notas, quae eruditae sunt ac satis amplae. Sequitur protestantium systema apocalypticum atque inprimis exemplum Abbadie, quod imitetur, ante oculos habet: *

ISAACI NEWTONI *observations upon the prophecies of Daniel and the apocalypse of saint Iohn*, Londini MDCCXXXIII. 4. Obseruationes, quae ad apocalypsin illustrandam spectant, in tria capita diuisae sunt. Eorum *primo* disserit auctor de tempore, quo apocalypsis a Ioanne conscripta esse videatur: *secundo* de conuenientia, quae sit inter apocalypsin ac librum legis mosaicae cultumque diuinum in templo: *tertio* de consensu apocalypseos cum vaticiniis Danielis et de ipsius prophetiae argumento. Non mediocrem existimationem monimentum hoc, praesertim apud Anglos, sibi conciliauit. Tradita eo sunt partim noua; partim antiqua; omnia autem, a Newtono enarrata, satis solida esse ac dubitatione carere, haud adfirmari potest. Ostendit tamen ille singularem eruditionem suam, vna cum iudicio. Opus ipsum non penitus absolutum fuisse videtur. ** Latine id prodiit, notis quibusdam auctum, cura *Guil. Sudermani*, Amstelodami MDCCXXXVII. 4. ***

IO. VAN DEN HONERT *dissertationes apocalypticae, exercitiis academicis ventilatae et conscribendo in ipsam Ioannis theologi apocalypsin commentario praemissae*, Lugduni Batauorum MDCCXXXVI. 4. Dissertationes hae ita compositae sunt, vt singularia argumenta apocalypseos docte ac perspicue enarrentur. Illarum *prima* exhibet analysin apocalypseos: *secunda* exponitur de septem spiritibus apocalypticis: *tertia* de die dominica, cuius in apocalypsi mentio fit: *quarta* de Ioanne in insula Pathmo: *quinta* de septem epistolis apocalypticis, quarum analysin *sexta* denique complectitur.

---

* *bibliotheque germanique tom.* XX. p. 169.

** *bibliotheque britannique tom.* I. p. 204. 293. *bibliotheque raisonnée tom.* XI. p. 193. *acta eruditorum* MDCCXXXV. p. 168. COLERI *auserlesene theologische bibliothec volumin.* VII. p. 169. In WHISTONI *six dissertations*, quae Londini MDCCXXXIV. 8. prodierunt, quinta illarum Newtono opposita est: adde WOLFII *curas philologicas et criticas tom.* IV. p. 385.

*** *bibliotheque raisonnée tom.* XXI. p. 49.

ctitur. Commentarius, de quo conſcribendo auctor cogitauit, quantum ego ſcio, lucem haud vidit: *

MOSIS LOWMANNI *paraphraſe and notes on the reuelation of ſaint Iohn*, Londini MDCCXXXVII. 4. Illuſtratur apocalypſis cum paraphraſi, quae elegans eſt ac copioſa; tum notis, breuioribus quidem; ita tamen compoſitis, vt illis multa dicantur: **

BERNARD. SEBASTIAN. CREMERI *fata eccleſiae chriſtianae, inde ab eccleſia apoſtolica vsque ad initia reformationis; ſiue commentarius in apocalypſin*, Zutphaniae MDCCLVII. 4. Euulgauit commentarium hunc poſt mortem auctoris filius eiusdem, *Franciſcus Ludouicus Cremer.* In eo nouum ſpecimen habetur interpretationis myſticae, quam Cremerum ſummo ſtudio ſectatum eſſe, conſtat ac ſcripta eius abunde oſtendunt. Litteras, ad eccleſias Aſiae exaratas, litteraliter quidem ac hiſtorice; maxime autem myſtice ac prophetice de fatis coetuum chriſtianorum omni tempore explicandas eſſe, ſtatuit. Ita quinque priores epiſtolas vna cum quinque prioribus ſigillis ac tubis interpretatur ac perſuadet ſibi, quae illis praedicta ſint, ea iam eueniſſe.

LAVCHLAN TAYLOR *eſſay on the reuelation of the apoſtle Iohn in which a new explication is giuen of ſome paſſages in that book, and applied to the circumſtances of the preſent times*, Londini MDCCLXIII. 8. Spectat commentatio haec ad quaedam tantum loca apocalypſeos eorumque explicatio nititur coniecturis, quae nouae quidem ſunt; non ſatis autem probatae. Iam memoratis reformatorum ſcriptis, quibus illi apocalypſin illuſtrarunt, me quodam modo adiungere; aut ſaltem veluti in tranſitu commendare poſſe, puto: LEONARDI TWELSII *vindicias diuinae auctoritatis apocalypſeos*, cum illi, qui nouum teſtamentum graece et anglice edidit; tum anonymi *diſſertationi hiſtoricae et criticae de apocalypſi*, oppoſitas. Prodierunt illae anglice, ſub titulo: *a critical examina-*

* *acta eruditorum* MDCCXXXVIII. p. 18. LILIENTHALII *exegetiſche bibliothec* p. 936.

** *acta eruditor.* MDCCXXXIX. p. 297.

mination of the late new text and version of the new testam in greeck and english, Londini MDCCXXXII. 8. *

3) *Pontificiorum*

Apocalypsis per figuras repraesentata, cum glossis, sine indicio loci atque anni fol. quam non vtilitatis; sed summae raritatis et antiquitatis caussa memoro. Descripta illa est litteris Harlemi apud Laurentium Costerum. In vno tantum latere figurae sunt earumque explicationes; in altero autem haud quidquam videndum est: **

Glossa super apocalypsin de statu ecclesiae ab anno salutis MCCCCLXXXI. *vsque ad finem mundi. Et de praeclaro et gloriosissimo triumpho christianorum in Turcos et Maumethos, quorum secta et imperium breuiter incipiet deficere, ex fundamentis Ioannis in apocalypsi et ex sensu litterali eiusdem apertissimo, cum consonantia ex iudiciis astrorum*, Lipsiae MCCCCLXXXI. 4. liber multum rarus: *** ‡

L' apocalisse con le chiose di Nicolo da Lira, translazione di maestro Federico da Venezia, Venetiis MDXIX. fol. quod scriptum itidem rarum est: *

SERAPHINI FIRMANI; siue DE FERMO *enarratio in apocalypsin*, Antuerpiae MDLXXXI. 8. quae et italice Venetiis prodiit:

GASPAR. DE MELO *commentarius in apocalypsin*, Pintiae MDLXXXIX. fol.

PETRI BVLENGERI *ecphrasis in apocalypsin*, Parisiis MDLXXXIX. 8. ac sub titulo: *commentarius locupletissimus in apocalypsin*, Parisiis MDXCVII. 8.

FRANCISCI DE RIBERA *commentarius in apocalypsin Ioannis*, Salmanticae MDXCI. fol. Lugduni MDXCIII. 4. Antuerpiae MDCIII. 8. Duaci MDCXXIII. 8.

BLASII

* latine exstant *vindiciae* hae in WOLFII *curar. philologicar. et criticar. tomo* IV p. 387.

** STOSCHII *catalogus rariorum in apocalypsin Ioannis commentariorum tom.* I. *symbolarum litterariarum* p. 560. CLEMENT *bibliotheque curieuse, historique et critique tom.* I. p. 408.

*** CLEMENT *dicto libro* p. 410.

‡ *ibidem* p. 413.

BLASII VIEGAS *commentarii exegetici in apocalypsin Ioannis apostoli*, Eborae MDCI. fol. Lugduni MDCII. MDCVI. Venetiis MDCII. MDCVIII. Coloniae MDCIII. MDCXVII. Parisiis MDCVI. MDCXV. MDCXXX. 4. quod opus laudatur multaeque editiones eius testantur, illud non mediocriter commendasse se eruditis viris: *

LVDOVICI AB ALCASAR *vestigatio arcani sensus in apocalypsin*, Antuerpiae MDCXIV. Lugduni MDCXVIII. fol. quae continet notationes XXI. prooemiales, paraphrasin, commentaria et notationes: eiusdem *in eas veteris testamenti partes, quas respicit apocalypsis, libri quinque*, Lugduni MDCXXXII. fol. Enarrat auctor multa loca veteris testamenti ex Iobo, psalmis, cantico canticorum, libris prophetarum, ad quae apocalypsin respicere, sibi persuadet:

IO. DE LA HAYE *commentarii litterales in apocalypsin*, Parisiis ab anno MDCXLIV. fol. duobus voluminibus:

GREGORII FERRARII *commentaria in sanctam apocalypsin*, Mediolani MDCLIV. fol. tribus voluminibus:

LIBERTI FROMONDI *commentarius in apocalypsin*, Louanii MDCLVII. 4. ac cum reliquis eius commentariis, Parisiis MDCLXX. fol.

IO. DE SYLVEIRA *commentaria litteralia in apocalypsin*, Lugduni MDCLXIII. fol. duobus voluminibus:

HENRICI KIRCHERI *prophetia apocalyptica sancti Ioannis, adcurate et breuiter explicata*, Coloniae MDCLXXVI. 4.

DANIELIS HERVEI *apocalypsis Ioannis apostoli explanatio historica*, Lugduni MDCLXXXIV. 4. qua auctor vaticinia, quae lutherani ac reformati, argumentis satis instructi, de pontifice romano interpretantur, de Roma pagana ac superstitiosa explicat seque magis vtilitati ecclesiae pontificiae; quam veritatis studio addictum esse, monstrat. ** Scriptis rarioribus liber hic adnumeratur: ***

IACOBI

* FABRICII *historia bibliothecae part.* IV. p. 24.

** *acta eruditorum* MDCLXXXV. p. 95.

*** *symbolae litterariae bremenses tom.* I. p. 569. 584. VOGTII *catalogus librorum rariorum* p. 340.

IACOBI BENIGNI BOSSVETI *apocalypse auec vne explication*, Parisiis MDCLXXXIX. 8.

IOACHIMI LA CHETARDIE *apocalypse expliquée par l'histoire ecclesiastique*, Parisiis MDCXCII. 8. MDCCII. 4. MDCCVIII. 4. quae editio locupletata ac figuris ornata est atque in titulo quarta dicitur. ** Interpretatio haec inter commentarios melioris notae, a pontificiis compositos, referri debet: multa erudite dicta atque ex historia ecclesiastica illustrata sunt:

I. G. KERCKHERDERE *nouum systema apocalypseos*, Louanii MDCCXI. 12. quod auctor eum in finem euulgauit, vt eruditorum iudicia exploraret, antequam vberiores ipsius commentarii in lucem prodirent: ***

MICHAELIS MAVDVIT *analyse de l'apocalypse contenant vne nouuelle explication simple et litterale de ce liure*, Parisiis MDCCXIV. 8. Additae sunt dissertationes quibus auctor de variis argumentis, de interpretibus apocalypseos: de recta ratione, eam explicandi, atque aliis commentatur.

4) *Socinianorum, fanaticorum, paradoxorum.*

IO. CRELLII *commentarius in maximam partem apocalypseos Ioannis*: *

DANIELIS BRENII *verklaringe ouer het boeck des heiligen Hiobs en der openbaringe Ioannis*, Amstelodami MDCLXVI. 4. quam explicationem *Franciscus Cuperus* ex latino in belgicum sermonem transtulit, auctorque ipse eam accessionibus locupletauit: **

MELCHIOR HOFFMANNI *auslegung der heimlichen offenbarung Ioannis, des heiligen apostels und euangelisten*, Argentorati MDXXX. 8. Liber est rarus, obscurus ac plenus eorum,

* *memoires de Treuoux* MDCCIII. *ial.* p. 61.

** *ibidem* MDCCVIII. *decembr.* p. 2022.

*** WOLFII *cur. philolog. et critic. tom.* IV. p. 386.

* *operum* eius *exegeticorum tomo* II. p. 351.

** SANDII *bibliotheca antitrinitariorum* p. 137. BRENII *notae in apocalypsin Ioannis* sunt in eius *annotationibus in vetus ac nouum testamentum part.* III. p. 142.

eorum, quæ fanatica ſunt ac paradoxa ſimulque teſtimonia præbent de auctoris ignorantia: *

SEBASTIANI FRANCKEN *verpitſchiertes mit ſieben ſiegeln verſchloſſenes buch, das recht niemand aufthun vnd leſen; oder verſtehen kan, denn allein das lamm vnd die mit dem lamm bezeichnet dem lamm angehören*, MDXXXIX. fol. quod ſcriptum in commentariis quidem apocalypſeos numeratur; minus autem illud complectitur explicationem libri huius diuini; ſed varia ſcripturæ ſacræ loca, quæ inter ſe pugnare videntur, ac titulum tantum habet, ex apocalypſi ſumtum: **

PAVLLI LAVTENSACKII *offenbarung ieſu chriſti nebſt Valentin Weigels erklärung der figuren vnd ſprüche in der offenbarung*, Francofurti MDCXIX. 4.

ADOLPHI HELDII *erklärung vber die offenbarung Ioannis vnd Ezechielis*, MDCXLIX. 4. vbi non totus Ezechielis liber; ſed pars eius tantum a capite XLII. vsque ad XLVIII. explicatur: ***

Apocalypſis reſerata, das iſt, geöfnete offenbarung Ioannis, darinnen nach gemachter eintheilung der zeiten des neuen teſtaments in das reich des drachens, die ſtadthalterey des antichriſts, der ruhige zuſtand der kirche im reiche chriſti, durch erklärung des XI. vnd XVI. capitels gezeiget wird, was by dieſen vnſern zeiten bisher erfüllet worden: itzund in vollen effect gehet vnd nunmehr in baldkünftigen iahren zugewarten iſt, Chriſtianopoli MDCLIII. 8. Quemadmodum opuſculum hoc tres diſtinctas commentationes continet; ita quælibet earum ſingularem titulum præ ſe habet: prima illum, quem adduxi: ſecunda: *clauis apocalyptica, das iſt, prophetiſcher ſchlüſſel, durch welchen die groſſen geheimniſſe in der offenbarung Ioannis vnd dem propheten Daniel eröfnet werden*; tertia: *methodus et harmonia apocalyptica, das iſt, kurtze vnd einfältige beſchreibung, wie die göttlichen geheimniſſe in der offenbarung Ioannis von zeit zu zeit auf einander folgen.* Memoran-

* *nachrichten von einer halliſchen bibliothec volum.* VII p. 200.

** *ſymbolæ litterar. bremenſes tom.* I. p. 571. 584. ARNOLDI *kirchen vnd ketzerhiſtorie part.* II. *libr.* XVI. *cap.* 21. §. 43. p. 750.

*** MOLLERI *Cimbria litterata tom.* II. p. 315.

morantur variæ editiones ac præter eam, cuius mentionem feci, alia sine loco atque anno. Num illæ re ipsa; an titulis tantum sint diuersæ, pronuntiare nequeo. Libellus aliquot tantum plagulis constat; rarus autem habetur. Complectitur iste sententias paradoxas. * Confutatus est a IO. HENRICO VRSINO in *der einleitung in die offenbarung Ioannis*, Francofurti MDCLIV. 8. et a IO. GEORGIO SEIDIO in *dem bericht von der apocalypsi reserata*, Gedani MDCLV. 8.

NICOLAI CHARPY *de sainte Croix ancienne nouueauté de l' ecriture sainte, ou l' eglise triomphante en terre*, Parisiis MDCLVII. 12. quo libro continetur commentarius in apocalypsin; plenus errorum fanaticorum: de exspectando feliciori ecclesiæ statu eoque, qui peruerse explicatur: de iudæis, in terram Canaan reducendis: de omnibus vita hac a quauis prauitate liberandis ac post longius tempus sine morte in cælum transferendis. Refutauit eum ARNALDVS in *remarques sur les erreurs d' vn liure intitulé: l' ancienne nouueauté de l' ecriture sainte, ou l' eglise triomphante en terre* Parisiis MDCLXV. 12.

FRIDER. BRECKLINGII *compendium apocalypseos reserata*, MDCLXXVIII. 8.

LEOPOLDI FRIDER. VON PVTLITZ *entdekter schlüssel zur wahren zeitrechnung und gewisser auslegung der in der offenbarung Ioannis zuvor verkündigten kirchengeschichten*, MDCCII. MDCCXIII. 8.

CHR. SEEBACHII *aufschlus der offenbarung Ioannis* 8.

HENRICI HORCHII *Pathmus; siue apocalypsis iesu christi elucidata*, Marpurgi MDCCIX. 4.

HENDRIC. VAN DEVENTER *de openbaringh van Iesus christus*, MDCCX. 8.

IO. CHRISTIANI SEITZII *die durch schrift und zeit entsiegelte offenbarung Ioannis*, MDCCXVI. *errinnerungen an alle leser, forscher und erklärer der hohen offenbarung Ioannis*,

---

* CLEMENT *bibliotheque curieuse, historique et critique tom.* [illegible] WIDEKINDI *verzeichnis von raren buchern* p. 144. VOGTII *catalogus librorum rariorum* p. 39. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 986 *vnschuldige nachrichten*, 1711. p. 283. *symbola literaria bremensis tom.* I. p. 579. 584.

:XVIII. *entwurf eines festen vnd deutlichen systema-* *tici*, MDCCXIX. *apocalypsis, luce et veritate neuti-* *'uta*, Amstelodami MDCCXXI. *aufforderung an den* *ständ, die offenbarung Ioannis mit fleis zu forschen*, I. 4. *

CHR. STVRMII *bedencken vber die so gar häufi-* *:erschiedene auslegungen der offenbarungen Ioannis,* *s probstuck vber die drey ersten capitel*, Hamburgi I. 8.

§. XI.

nunc ad eos scripturæ sacræ interpretes, qui s libros; sed dicta tantum quædam illustra- nus eorum numerus est, quumque illi inter , siue ad ipsa effata, quæ explicarunt; siue ı commentandi, ab istis adhibitam, animum , narrationem istorum distinctam fieri debe- ıtelligo. Plerique operam suam contulerunt a vtriusque fœderis eaque selecta ac diffici- ıersitate, vt alii ordinem codicis sacri seque- minus: vt nonnulli solis eiusmodi interpre- ibros suos consecrarent; quidam autem et :nta coniunctim persequerentur. Quæ huc genii monimenta inscripta sunt: *notæ, obser-* *imaduersiones, aduersaria, miscellanea, exerci-* *ertationes*; aut alios præ se ferunt titulos. Ex- generis huius scripta, cum a lutheranis; ırmatis ac pontificiis composita. Inter illa, :tores ecclesiæ nostræ doctores; siue *lutherani* . habent:

.RNOVII *exercitationum biblicarum libri IV. in* *'us et genuinus sensus locorum scripturæ multorum* *dei textuque authentico diligentius inquiritur ac* , Rostochii MDCXIX. MDCXXIV. MDCXXVII. 4. CXL. 8. Laudantur *exercitationes* hæ a viris præ-

 stan-

s behopfer volum. II. p. 908. et *volum.* III. p. 114. *vn-* *schrichten*, 1719. p. 282. 684. et 1720. p. 1048. . . .

ſtantiſſimis illæque ob multas eruditas expoſitiones omnino dignæ ſunt, quæ legantur. Fuerunt, qui iſtas variorum vitiorum adcuſarent; defendit ſe autem Tarnouius atque apologiam ſcripſit, in librum hunc * poſtea translatam: **

MICHAELIS WALTHERI *exercitationes biblicæ, verum et genuinum ſenſum ex ipſius textus viſceribus eruentes*, Roſtochii MDCXXXVIII. 4. Pauca ſunt loca, veteris ac noui teſtamenti, quæ explicantur:

IO. MICHAEL. DILHERRI *eclogæ ſacræ noui teſtamenti ſyriacæ, græcæ et latinæ, cum obſeruationibus philologicis*, Ienæ MDCXXXVIII. MDCLVIII. MDCLXII. Halæ MDCLVI. 12. Referri et huc poſſunt: eiusdem *diſputationes academicæ, præcipue philologicæ*, Noribergæ MDCLII. 4. duobus tomis, quæ eruditiſſimæ ſunt ac multa ſcripturæ loca, ex antiquitate profana ac ſacra inprimis, illuſtrant. Præter alia, quæ ibi habentur, oſtendunt hoc diſſertationes *de vſu lectionis ſcriptorum ſecularium et antiquitatis* ac *de quibusdam, in hiſtoria paſſionis, ſepulturæ et reſurrectionis dominicæ, ex philologia potiſſimum eruendis:*

IOSVAE ARNDII *miſcellaneorum ſacrorum liber, in quo præter ſacræ ſcripturæ loca illuſtriora explicata, vſus verus profanæ doctrinæ oſtenditur*, Hafniæ MDCXLVIII. 8. qui non ſingularem quidem; attamen non contemnendam vtilitatem præbet. Multa ſunt loca, quibus auctor lucem adtulit: ***

PHILIPPI HENRICI FRIEDLIBII *theologia exegetica; ſiue obſeruationes biblicæ in vetus et nouum teſtamentum, ſeptem claſſibus, videlicet helleniſmorum: ſoloeciſmorum contradictionum: exceptionum: obiectionum: adagiorum: circumſtantiarum, perſonarum, locorum, temporum: quæſtionum, vt ſingulos libros eorumque articulos; ſeu partes contineant, legitime diſtributæ ac digeſtæ, ex pleriſque et iis probatiſſimis ſcripturæ interpretibus collectæ, cum auctario hiſtoria*

* p. 484.

** FABRICII *hiſtoria bibliothec. part.* VI. p. 398. LILIENTHALII *exegetiſche bibliothec* p. 1149. REIMMANNI *catalogus bibliothecæ theologicæ* p. 300. 317.

*** *ſamlung von alten und neuen theologiſchen ſachen*, 1720. p. 1070.

ſtoria eccleſiaſtica atque ciuilis, Stralſundi MDCXLIX. MDCL. et iterum Francofurti ad Mœnum MDCLX. fol. duobus voluminibus. Opus eſt magni laboris; non autem ſingularis iudicii atque eruditionis. Attamen illud non omni caret vtilitate: *

DANIEL. FESSELII *aduerſariorum ſacrorum libri X. quibus aliquot mille ſacræ ſcripturæ, tam veteris; quam noui teſtamenti, loci obſcuri illuſtrantur, difficiles et intricati explicantur*, ceter. quorum pars prior prodiit Vitembergæ MDCL. poſterior ibidem MDCLVIII. 8. Iterum opus hoc litteris deſcriptum fuit itidem Vitembergæ MDCLXXVII. 4 ac cura *Io. Chriſtoph. Wolfii* MDCCXXIII. 4. Multa in eo habentur, quæ erudita ſunt atque interpreti ſcripturæ vtiliter inſeruire poſſunt: **

IO. HENRICI VRSINI *analectorum ſacrorum libri VI. ethicus, hiſtoricus, phyſicus, mythicus, ſymbolicus, problematicus; variarum lectionum ad ſacrarum litterarum illuſtrationem farrago congeſta et digeſta*, Francofurti MDCLVIII. MDCLX. MDCLXVIII. 8. duobus voluminibus: eiusdem: *ſilua theologiæ ſymbolicæ, in qua CC. ſcripturæ ſacræ dicta totidem ſymbolis, ex rerum maxime inanimatarum natura petitis, illuſtrantur*, Noribergæ MDCLXV. 8 *ſacrorum et philologicorum miſcellaneorum libri VI.* Noribergæ MDCLXVI. 8. *paralipomena miſcellaneorum theologicorum et philologicorum*, Noribergæ MDCLXVII. 8. Omnia ingenii monimenta hæc, præſertim duo priora, locum hunc obtinere poſſunt. Patet ex illis, Vrſinum multa aliorum ſcripta legiſſe: varias ex iis collegiſſe res atque induſtriam non mediocrem probaſſe; minus autem adcuratioris ordinis ſtudioſum fuiſſe; nec ſemper, vti debebat, adhibuiſſe iudicium: ***

ALBERTI VOGTII *miſcellanea biblica, quibus loca viginti ſeptem ſacræ ſcripturæ veteris et noui teſtamenti explicantur*, Gryphiswaldiæ MDCLX. MDCLXX. 4.

Non solum lutherani; sed *reformati* quoque studia sua in eo posuerunt, vt illustria ac selecta, inprimis difficiliora scripturarum sacrarum loca explanarent. Inter

* *acta eruditor.* MDCCLIV. p. 558.

** *theologische berichte von neuen büchern, part.* VI. p. 431.

generis huius interpretes alii iique viri praestantissi- ac celeberrimi locum sibi fecerunt ac quae ab iis ad ım publicum translatae sunt, commentationibus existi- ıtionem non mediocrem conciliarunt, cum singularis dustriae; tum praeclarae eruditionis. Alii non eam- m ac communem laudem consequuti sunt cum istis. sa ingenii monimenta, quae vtrique ediderunt, cum dicio legi debent.

Ad ordinem eorum pertinent:

NICOLAI FVLLERI *miscellaneorum theologicorum, quibus non modo scripturae diuinae; sed et aliorum classicorum auctorum plurima monimenta explicantur atque illustrantur, libri sex*, Lugduni Batauorum MDCXXII. Argentorati MDCL. 8. Primum tres priores libri tantum operis huiusin lucem exierunt, Heidelbergae MDCXII. 8. deinde iterum prodierunt nonsolum cum libro quarto, Oxonii MDCXVI. Londini MDCXVII. 4. Heidelbergae MDCXVIII. 8. sed etiam cum libris duobus posterioribus, quinto ac sexto, locis atque annis, quorum mentionem feci. Accessit *adpendix apologetica* contra Ioannem Drusium. * Opus hoc auctor ipse *miscellanea sacra* inscripsit; mutatus autem est titulus miscellaneaque haec adpellata sunt *theologica*, minus apte. Exponitur enim illis maxime de rebus sacris: de multis codicis diuini dictis, quae explicantur atque illustrantur: de versionibus scripturae antiquioribus similibusque argumentis. Eruditissimum virum fuisse Fullerum, *miscellanea* haec luculenter ostendunt: **

IO. CAMERONIS *praelectiones in selectiora loca noui testamenti*, tribus tomis, qui editi sunt Salmurii: primus cum *tractatu de ecclesia*, MDCXXVI. secundus ac tertius MDCXXVIII. 4. Singuli tres tomi, vno volumine iuncti, iterum prodierunt, sub titulo: *myrothecium euangelicum, in quo aliquot loca noui foederis explicantur*, cum LVDOVICI CAPELLI *spicilegio* de eodem argumento ac duabus dissertationibus in *Matthaeum* XV. 5. ac de *voto Iephtae*, Geneuae MDCXXXII. 4. Editionem secundam sequuta est tertia,

* exstant *miscellanea* haec in *criticor. sacror. anglicanor. tomo* VII. p. 1.

** LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 1173.

tertia, ita inscripta: *myrothecium euangelicum, hoc est, n. testamenti loca quam plurima, post aliorum labores ope commode vel illustrata; vel explicata; vel vindicata.* Omissum est CAPELLI *spicilegium*; accesserunt autem ALEXANDRI MORI *notae in nouum foedus* eiusdemque *axiomata theologica*, cum dissertatione in *Matthaeum XXIV. 28.* Salmurii MDCLXXVII. 4. Notae, quae opere hoc continentur, et auctoris iudicio atque eruditione testantur atque inprimis comprobant, illum linguarum ebraeae ac graecae non mediocriter peritum fuisse. In sensum vocum ac dictionum diligenter apteque inquisiuit: *

BONAVENTVRAE CORNELII BERTRAMI *lucubrationes francktallenses; siue specimen expositionum in difficiliora vtriusque testamenti loca*, Spirae MDLXXXVIII. Heidelbergae MDCVII. ac cura *Theodor. Hackspanii* Altorfii MDCXLV. 8.**

ARNOLDI BOOTII *animaduersiones sacrae ad textum ebraicum veteris testamenti, in quibus loci multi difficiles, hactenus non satis intellecti vulgo, multaque phrases obscuriores ac vocabula, parum adhuc percepta, explicantur veraque expositiones cum aliorum interpretamentis, praecipue Graeci, Syri Chaldaei, Hieronymi ac rabbinorum conferuntur atque ipsorum consensu; aut confutatione confirmantur*, Londini MDCXLIV. 4. Multa loca erudite feliciterque explicantur. Liber ipse est rarior: ***

IO. CROII *sacrae et historicae in nouum foedus obseruationes*, Geneuae MDCXLV. 4. quibus acris animaduersio in Danielem Heinsium adhibita est:

THOMAE GATAKERI *cinnus; siue aduersaria miscellanea*, Londini MDCLI. 4. * quae ad locum hunc refero, quoniam illis multa habentur, quae litteris sacris lucem praebent:

EDVAR-

* BVDDEI *isagoge ad theolog. vniuers. libr.* II. *cap* 8. p. 1724. SIMONIS *histoire critique des principaux commentateurs du nouueau testament cap.* LII. p 780. Locum obtinuerunt animaduersiones hae in *criticis sacris anglicanis.*

** sunt *lucubrationes* hae in *criticis sacris anglicanis tom.* VI. p. 1117.

*** CLEMENT *bibliotheque curieuse, historiqu. et critiqu. tom.* V. p. 86. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 1038.

* translata sunt *aduersaria* haec in *opera* eius *critica*, Traiecti ad Rhenum MDCXCVII. fol. edita, p. 160.

EDVARDI POCOCKII *notae miscellaneae philologico-biblicae*; siue ad varia scripturae loca, quas ille vna cum *porta Mosis* edidit, Oxonii MDCLV. 4. Quum Pocockius praefationes, R. Mosis Maimonidis commentariis in libros mischnaioth praemissas, ex arabico sermone in latinum conuertisset, volumen illarum sub titulo *portae Mosis* euulgauit, quoniam istae veluti porta essent, per quam aditus ad lectionem operis talmudici pateat. Libro huic *notas miscellaneas*, quas memoraui, subiunxit, non eo consilio, vt capita talmudis explicaret; sed vt per exempla monstraret, studia rabbinica atque arabica esse vtilia et ad verum scripturarum sacrarum sensum eruendum adiumenta praebere. Dictas Maimonidis praefationes GVIL. SVRENHVSIVS in opus suum *mischnicum* latine transtulit; *notas* autem *Christianus Reineccius* separatim iterum iuris publici fecit, Lipsiae MDCCV. 4. Sunt istae egregiae: exhibent rarioris eruditionis, quam Pocokius sibi comparauerat, documenta: illustrant multa vtriusque foederis loca praeclare ac nouam saepe lucem, ab aliis interpretibus antea nondum accensam, adferunt: *

IO. DOVGTAEI *analecta sacra*; *siue excursus philologici breues super diuersis veteris et noui testamenti locis*, Londini MDCLVIII. MDCLX. 8. duobus voluminibus, Amstelodami MDCXCIII. 8. ad quam editionem accesserunt: NORTONI KNATCHBVL *animaduersiones in libros noui testamenti*, antea separatim saepius editae. Librum Dougtaei iam supra recensui:

NORTONI KNATCHBVL *animaduersiones in libros noui testamenti*, Londini MDCLIX. MDCLXXII. Oxonii MDCLXXVII. 8. Francofurti MDCCXXII. 8. et vna cum DOVGTAEI *analectis sacris*, Amstelodami MDCXCIII. 8. vti paullo ante a me relatum est:

IO. BVXTORFII, filii, *exercitationes ad historiam arcae foederis: ignis sacri et caelestis: vrim et thummim: mannae: petrae in deserto et serpentis aenei*, Basileae MDCLIX. 4. quae prae-

* SIMONIS *biblioth. choisie tom.* II. p. 78. NICERONII *memoires tom.* XXI. p. 409. WOLFII *biblioth. ebraeae pars.* I. p. 838. REINECCII *praefatio ad Pocockii notas miscellaneas.*

præcipue quidem ad hiſtoriam ſacram pertinent; quodam tamen modo etiam ad locum hunc referri poſſunt. Multa in illis ſunt philologica; nec ſolum loca principalia, quibus hiſtoria enarrata nititur; verum etiam alia exponuntur atque illuſtrantur, ita vt adparatus exhibeatur eruditionis non mediocris, ſpeciatim litterarum atque antiquitatum ebræarum:

IO. PRICAEI *commentarii in varios noui teſtamenti libros, in quibus vulgatæ verſionis quam plurimis locis, præ quauis alia recentiore, ſermo purus latinusque oſtenditur: contextus græci littera explicatur: eiusdem phraſeologia cum auctorum ethnicorum loquutionibus amœne comparatur: multorum difficilium locorum expoſitiones nouæ adferuntur ſenſusque non ſolum ex chriſtianis eccleſiæ antiquiſſimæ doctoribus; ſed et ex græcis latinisque gentium ſcriptoribus vbique illuſtratur. His acceſſerunt adnotationes in pſalmorum librum; item in aliquot ſparſa capita noui teſtamentis.* Londini MDCLX. fol. Libri noui fœderis, quos Pricæus illuſtrauit, ſunt euangelia Matthæi et Lucæ, acta apoſtolorum, Pauli epiſtolæ ad Timotheum, Titum, Philemonem, epiſtolæ Iacobi, Ioannis, Iudæ atque apocalypſis. Laudatur ille ob notas has, breuiter atque erudite conſcriptas; merito autem ſimul reprehenditur ob nimium ſtudium, libros ſacros ex profanis Græciæ ac Latii monimentis illuſtrandi atque ex illis teſtimonia ſine modo ac ſæpe ſine neceſſitate, quando loca ſcripturæ ſatis ſunt clara ac perſpicua, adcumulandi: *

ALEXANDRI MORI *ad quædam loca noui fœderis notæ,* Londini MDCLXI. 8. Pariſiis MDCLXVIII. 8. Salmurii MDCLXXVII. 4. quo loco annoque illæ, CAMERONIS *myrothecio euangelico* adiunctæ, prodierunt. Eaſdem luci publicæ expoſuit IO. ALBERTVS FABRICIVS in *obſeruationibus ſelectis in varia loca noui teſtamenti*, Hamburgi MDCCXII.

* SIMONIS *hiſtoire critiqu. des principeaux commentateurs du nouueau teſtament* cap. LIII. p. 791. BVDDEI *iſagog. ad theolog. vniuerſam lib.* II. *cap.* 8. p. 1726. LILIENTHALII *exegetiſche bibliothec* p. 1000. Exſtant *commentarii* hi in *criticis ſacris anglicanis tom.* V. p. 2210.

MDCCXII. 8. * Commendant se notæ hæ breuitate erudita ac delectu multisque ex libris haud editis, quos auctor in bibliotheca medicea consuluit, quum ille Florentiæ commoraretur, obseruatis: **

ANTONII CREGVTI *reuelator arcanorum; siue dissertationes in difficiliora sacræ scripturæ loca*, Geneuæ MDCLXI. 4.

IO. HENRICI HOTTINGERI *enneas dissertationum philologico theologicarum heidelbergensium*, Tiguri MDCLXII. 4. Mentionem illarum loco hoc fieri posse, existimo ob dissertationes, quæ exhibentur, de libris veteris testamenti supposititiis: de δοκιμασια Abrahami: de paradiso: de Melchisedeco. Quam peritus fuerit Hottingerus litterarum, historiarum atque antiquitatum orientis, satis constat idemque liber hic comprobat:

ADRIANI COQVII *obseruationes critico-sacræ in sacrum noui testamenti codicem*, Lugduni Batauorum MDCLXXVIII. 4. quarum inscriptio postulare quidem videtur, vt illæ ad locum hunc referantur; minus autem istum tueri possunt, vbi ad argumenta, ibi explanata, animum aduertamus. Liber enim non exegeticus; aut philologicus; sed moralis est ac complectitur ethicam sacram de virtutibus ac vitiis, in codice fœderis posterioris diuino memoratis. Minus igitur adcurate iste a nonnullis scriptis *obseruationum sacrarum* adnumeratur:

PAVLLI COLOMESII *obseruationes sacræ*, Amstelodami MDCLXXIX. 12. Londini MDCLXXXVIII. 8. quæ secunda edi-

* præter memoratas harum *notarum* editiones, exstat ea, qua istæ cum TENAE *commentariis et disputationibus in epistolam Paulli ad Ebræos*, Londini MDCLXI. fol. in lucem prodierunt De FABRICII *obseruationibus selectis*, quarum mentionem feci, videantur: *actor. erudítor. supplementor* tom V p 315. *vnf. huldige nachrichten*, 1713. p. 493. ALETHAEI *berichte von commentariis vber die schrift part.* II. p. 75. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 1234. FABRICII *historia bibliothecæ part.* VI. p. 393.

** SIMONIS *histoire critiqu. des principeaux commentateurs du nouueau testament* cap. LIII. p. 791. FABRICII *præfatio ad obseruat. select.* LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 1078.

editio auctior est et emendatior. * Notæ hæ spectant ad varia loca vtriusque fœderis. Breues illæ sunt, non singulari industria elaboratæ, ac quamuis eruditionem ostendant; non omnem tamen animaduersionem censoriam deuitare potuerunt, quum Colomesius, vt videtur, ingenio suo critico atque interpretationi græcæ septuaginta virorum plus iusto tribuit atque interdum de infantum baptismo non recte atque adcurate sentit: **

CAMPEGII VITRINGAE *sacrarum obseruationum libri sex, in quibus de rebus varii argumenti et vtilissimæ inuestigationis critice ac theologice differitur: sacrorum inprimis librorum loca multa obscuriora noua; vel clariore luce perfunduntur.* Opus hoc per partes; siue libros prodiit. Lucem adspexit liber *primus*, Franeckeræ MDCLXXXIII. 4. *secundus* vna cum primo, denuo descripto atque emendato, ibidem MDCLXXXIX. 4. *tertius*, ibidem MDCXCI. 4. *quartus*, cum prioribus tribus libris, iterum editis, itidem Franeckeræ MDCC. 4. Ad quatuor libros hos duo accesserunt, *quintus* ac *sextus*, separatim in lucem emissi, Franeckeræ MDCCVIII. 4. Editis his, Vitringa *obseruationum* suarum finem fecit; integrum autem opus, libris sex constans, iterum iterumque litterarum formis impressum est, non solum in Belgio Franeckeræ MDCCXI. MDCCXII. MDCCXIX. 4. *** sed etiam in Germania Ienæ MDCCXXIII. 4. ad quam editionem accessiones nonnullæ factæ sunt. Præmissa est Vitringæ vita, a *Theo-*

* editio, qua ipse iam vtor, in titulo præfert annum MDCXCI. eadem autem illa est cum adducta editione anni MDCLXXXVIII. Accesserunt auctoris *paralipomena de scriptoribus ecclesiasticis et poeta sancti Victoris massiliensis emendata.* Locum quoque *obseruationes* hæ obtinuerunt in COLOMESII *operibus*, quæ *Fabricius* Hamburgi MDCCIX. 4. edidit, p. 575.

** FABRICII *præfatio ad Colomesii opera:* NICERONII *memoires* *tom.* VII. p. 200.

*** *acta eruditor.* MDCLXXXIV. p. 514. MDCLXXXIX. p. sq. 609. MDCCI. p. 97. MDCCIX. p. 264. *iournal des sauans* MDCCXIV. *ianuar.* p. 40. CLERICI *bibliotheque. choisie tom.* XVI. p. 356. *histoire des ouurages des sauans* MDCCI. *febr.* p. 77. NICERONII *memoires tom.* XXXV. p. 33. *vnschuldige nachrichten,* 1712. p. 39. *deutsche acta eruditor. volum.* I. p. 937. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 1126.

a *Theodor. Hasaeo* breuiter descripta, atque addita *geographia sacra*, quam Vitringa auditoribus tradiderat, nunc ex recitationibus his manuscriptis edita, cura *Danielis Godofredi Werneri*. * Obseruationes hae in magno pretio habentur magnaque est existimatio, quam consequutae sunt. Multis scripturae sacrae locis lucem adtulit Vitringa ac praeter haec, variarum rerum argumenta persequutus est; vtraque autem ita enarrauit, vt exquisitam eruditionem, praeclarum iudicium aliasque virtutes, quae interpretem codicis diuini ornant, abunde monstrauerit. Amplexus tamen est sententias, quae non omnibus se probarunt. Immo exstiterunt, qui Vitringam impugnarent atque in suspicionem prauae doctrinae adducerent. Ea de re se indignari, significauit: **

GVIL. SALDENI *otia theologica; siue exercitationum subcisiuarum varii argumenti libri quatuor*, Amstelodami MDCLXXXIV. 4. Omni iure voluminis huius mentionem facio. Explicantur enim eo loca atque argumenta scripturarum sacrarum, quae selecta sunt; nec mediocre momentum habent. Expositio ipsa testatur de auctoris singulari industria atque eruditione. Eam ob rem *otia* haec omnino lectione vsuque digna se praebent: ***

DAVIDIS CLERICI *quaestiones sacrae, in quibus multa scripturae loca variaque linguae sanctae idiomata explicantur. Accesserunt similis argumenti diatribae* STEPHANI CLERICI, Amstelodami MDCLXXXV. 8. Edidit commentationes has *Io. Clericus* ac notas adiecit, quibus alia, quum nimis breuiter dicta essent, vberius edisseruit; alia autem, falsa ipsi visa, confutauit: *

* *samlung von alten vnd neuen theologischen sachen*, 1725. p. 794. 1077. ALETHAEI *berichte von commentariis vber die schrift part.* V. p. 255.

** *epistola dedicationis archisynagogi, obseruationibus nouis illustrati*, Franeckerae MDCLXXXV. 4.

*** *acta erudítor.* MDCLXXXIV. p. 517. *nouuelles de la republiqu. des lettres* MDCLXXXIV. p. 378. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 1114.

* *acta eruditor.* MDCLXXXV. p. 232. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 1177.

IO. MARCKII *scripta in selecta scriptura*
quæ diuersis voluminibus ac titulis in lucem p
ordine: I.) *exercitationes iuueniles; siue selec*
tionum textualium atque orationum, in academ
olim habitarum, fasciculus, Groningæ MDCLX
duni Batauorum MDCC. 8 Quæ exhibent
nibus agitur de pœna excidii: de adparition
statutis non bonis: de promisso Eliæ adu
ἐπιȣσίῳ, de cælibatu Paulli: de templis chr
baptismo pro mortuis, quæ argumenta ita
illustribus scripturæ dictis lux adferatur. In
Crassetii, iesuitæ parisiensis, repetitæ ineptiæ c
culis exploduntur: * II.) *exercitationes n*
selectarum disputationum atque orationum, in
ningo omlandica habitarum, fasciculus, Amste
8. vbi præter alia, obseruationes textuales
veteris et noui testamenti habentur: III.) *t*
tationes ad quinquaginta selecta loca veteris et
ti, cum oratione de *debita sacrarum scriptu*
tione, Amstelodami MDCXCIV. 4. quibus i
generis ex dictis codicis sacri enarrantur: de
in Isaacum: de miraculo non detritorum ve
calceorum in deserto: de solemni regum Isi
de multiplici seruatoris vnctione: de dæn
quos christus atque apostoli benignos se pra
malignis spiritibus vere obsessos fuisse: de i
rum in baptismi administratione adhibita: d
ra testibus, ac plures aliæ: ** IV.) *exegetic*
ad quinquaginta selecta loca veteris et noui te
dit oratio de exspectanda adhuc in terris ec
Amstelodami MDCXCVII. 4. quarum argu
sunt: de diluuii vniuersalis modo: de transi
per mare miraculoso: de teraphim: de prop
cii tempore apostolorum: de dominio ang
minum in ecclesiam veteris testamenti, atqu
blicæ exercitationes ad quinquaginta selecta

* *acta eruditor.* MDCLXXXVII. p. 377.
** *ibidem* MDCXCIV. p. 234.

noui testamenti, cum oratione in *obitum Iacobi Triglandii*, Amstelodami MDCCVII. 4. quo volumine pluribus exponitur: de ordine natiuitatis filiorum Noachi: de anno natiuitatis Abrahami eiusque nomine mutato: de columna nubis et ignis aliisque pluribus deserti miraculis: de descensu spiritus in forma columbae super christum: de nomine λόγου, christo dato: de peccato in spiritum sanctum ac de multis aliis argumentis: * VI.) *scripturariae exercitationes ad viginti quinque selecta loca veteris testamenti*, Amstelodami MDCCIX. 4. quibus inquiritur in Chami delictum eiusque occasionem: in gentium omnium benedictionem in semine Abrahami: in historiam israelis, per serpentum morsum adflicti et ab hoc mirabiliter sanati: in solis lunaeque stationem, vere miraculosam: in historiam satanae, Iobum variis modis adfligentis, cuiusmodi alia scriptutae loca exponuntur atque illustrantur: ** VII.) *exercitationes scripturariae ad loca noui testamenti viginti quinque. Accedit oratio funebris in obitum Hermanni Witsii*, Amstelodami MDCCX. 4. quibus agitur de iesu nazaraeo vocando: de baptismo in igne, christo a Ioanne tributo: de iuramentis per creaturas: de angelorum caelestium hymno, apud christi natiuitatem audito: de solis obtenebratione, apud christi crucifixionem: de annis quadraginta et sex aedificationis templi: de die christi, ab Abrahamo visa: de Iuda proditore, num ille particeps factus sit coenae dominicae: de iure iudaeorum tempore christi patientis, supplicia capitalia inferendi: de itinere sabbati: de episcopo vnius vxoris viro: *** VIII.) *sylloge dissertationum philologico-theologicarum ad selectos quosdam textus veteris testamenti*, Lugduni Batauorum. MDCCXVII. 4. qua plenius exponitur: de Melchisedeci shalem: Tsipporae circumcisione: vestitu annuo pontificis: hirco hazazelis: incestu vetito: di-

 uini

* *acta eruditor.* MDCCVI. p. 483.

** *iournal des sauans* MDCCX. *septembr.* p. 297. BERNARDI *nouuelles de la republique des lettres* MDCCIX. *iun.* p. 625. *vnschuldige nachrichten*, 1709. p. 608. et 1711. p. 334.

*** BERNARDI *nouuelles de la republique des lettres* MDCCX. *mart.* p. 290. *acta eruditor.* MDCCXI. p. 161. ALETHAEI *berichte von commentariis ober die schrift part.* v. p. 159.

uini nominis interdicto: israeliticis iubilæis: synedrii magni originibus: Corachi historia: propheta simili Mosi: diuortiorum lege: Iephthæ voto: endorica pythonissa atque aliis argumentis: * IX.) *sylloge dissertationum philologico-theologicarum ad selectos quosdam textus noui testamenti*, Roterodami MDCCXXI. 4. vbi auctor commentatur de anno ac die nati christi: de litterarum ebræarum forma: de punctorum vocalium et accentuum apud iudæos antiquitate: de aquilis congregandis, vbicunque cadauer fuerit: de christi doloribus animæ, exclamatione in cruce, intercessione pro crucifigentibus: de eiusdem iterata scriptione in terram: de anima christi eiusque ortu: de Mosis lectione in synagogis per omne sabbatum: de raptu Paulli in cælum, aliasque res varii argumenti pertractat: ** X.) *fasciculus dissertationum philologico-exegeticarum ad selectos textus veteris testamenti*, Lugduni Batauorum MDCCXXV. 4. quibus præcipue exponit Marckius de confusione babelica: Sodomæ excidio: aquis lustrationis: Ierichuntis occupatione: Simsonis ortu, vita et morte: seraphim, cherubim, Michaele et Gabriele: *** XI.) *fasciculus dissertationum philologico-exegeticarum ad selectos textus noui testamenti*, Lugduni Batauorum MDCCXXVII. 4. vbi explicantur parabolæ de operariis in vinea eorumque mercede ac decem virginibus: historia de vltimo christi paschate ac nece Iudæ proditoris: de gallicinio prædicto et impleto apud Petri lapsum: de sudore christi sanguineo ac multa dicta, quæ partim difficilia sunt; partim magnum momentum habent. * Comprobant iam enarrata scripta, Marckium plane singularem magnamque industriam ad interpretationem lin-

* *acta eruditor.* MDCCXVII. p. 399. *neue bibliothec volum.* VII. p. 596. *vnschuldige nachrichten,* 1717. p. 1110.

** *acta eruditor.* MDCCXXI. p. 237. *deutsche acta eruditor. volum.* VII. p. 166. *samlung von alten und neuen theolog. sachen,* 1721. p. 1070.

*** *acta eruditor.* MDCCXXVI. p. 170. COLERI *auserlesene theol. bibliothec volum.* II. p. 51.

* scripta hæc copiose recenset PFAFFIUS *præfatione* ad MARCKII *commentarium in duodecim prophetas minores*, editum Tubingæ MDCCXXXIV. fol. adde: LILIENTHALII *exegetische bibliothek* p. 1118.

litterarum ſacrarum adhibuiſſe ac permulta illarum loca, non per ſe euidentia atque expedita; ſed obſcura ac cum varia difficultate coniuncta, feliciter explanaſſe. Non mediocrem horum meritorum laudem eamque debitam ille conſequutus eſt. Oſtendit egregiam eruditionem, non vulgarem iudicandi facultatem, ſtudium boni ordinis ac veritatis. Non id propoſitum ſibi habuit, vt nouas tantum explicationes in lucem proferret, ac per illas ingenii vim monſtraret ac nomen redderet celebre; ſed id maxime curauit, vt verum ſenſum erueret ſique alios confutandos eſſe putauit, præbuit ſe diſputatorem adcuratum ac modeſtum:

HERMANNI WITSII *miſcellanea ſacra*, quorum primum libri quatuor prodierunt, Traiecti ad Rhenum MDCXCII. 4. * et iterum Lugduni Batauorum MDCXCV. 4. ** In illis diſſeritur de prophetis et prophetia: de tabernaculi leuitici myſteriis: de collatione ſacerdotii Aaronis et chriſti: de ſynedriis Ebræorum: de quatuor beſtiis Danielis: de cultu Molochi: de ſeculo hoc et futuro: de ſenſu epiſtolarum apocalypticarum: de ſchismate Donatiſtarum. Poſtea et lucem adſpexit: *miſcellaneorum ſacrorum tomus alter, continens XXIII. exercitationes maxima ex parte hiſtorico- et critico-theologicas, nonnullas in vltraiectina; alias in leidenſi academia ſtudioſæ iuuentuti exhibitas, quibus acceſſerunt animaduerſiones irenicæ ad controuerſias quasdam anglicanas, vt et orationes quinque*, Amſtelodami et Vltraiecti MDCC. 4. *** Quæ volumine hoc continentur, commentationum nonnullæ iam antea in conſpectum publicum venerant, nimirum: *duodecas exercitationum academicarum*, Vltraiecti MDCXCIV. 8. * quæ non ſolum in dictum *miſcellaneorum* volumen translatæ ſunt; ſed acceſſerunt quoque vndecim aliæ exercitationes atque *animaduerſiones irenicæ* *ad*

* *acta eruditor.* MDCXCII. p. 227. 319. TENTZELII *monatliche vnterredungen*, 1692. p. 131.

** *hiſtoire des ouurages des ſauans* MDCXCV. *ſeptembr.* p. 12. *acta eruditor.* MDCXCV. p. 512.

*** *acta eruditor.* MDCC. p. 284. SIBII *bibliotheca libror. nouor. tom.* V. p. 778. adde: LILIENTHALII *exegetiſche bibliothec* p 1124.

* TENTZELII *monatliche vnterredungen*, 1695. p. 173. *acta eruditorum* MDCXCV. p. 67.

ad controuerſias, quæ ſub infauſtis antinomorum et neonomorum nominibus in Britannia nunc agitantur, Vltraiecti MDCXCVI. 12. * In *exercitationibus* ipſis, quas volumen hoc; ſiue tomus alter, complectitur, Witſius expoſuit: de gloria meſſiæ regis: de votiuo anathemate Paulli: de ſermone deo: de Michaele: de monte Agar: de officio iuuentutis et incommodis ſenectutis: de vxore Lothi: de Aſſyriorum nomine, quinam eo in ſacris litteris veniant: de rechabitis: de hiſtoria Hieroſolymæ: de euangelio, num illud per apoſtolos Americanis prædicatum fuerit: de vita Ioannis baptiſtæ ac Timothei: de vſu et abuſu rationis circa myſteria fidei: de conſcientia numquam; an aliquando errante: de efficacia et vtilitate baptiſmi in electis fœderatorum infantibus: de theologia gentilium in negotio iuſtificationis: de theologia iudæorum in negotio iuſtificationis: de controuerſiis, quæ apoſtolorum ætate in eccleſia chriſtiana circa iuſtificationem ortæ ſunt ac de mente Paulli in negotio iuſtificationis. Integrum *miſcellaneorum* opus, duobus tomis conſtans, denuo litteris deſcriptum fuit Herbornæ MDCCXII. 4. ** ac Baſileæ MDCCXXXVI. 4. Præter illud, Witſius reliquit: *meletemata leidenſia, quibus continentur prælectiones de vita et rebus geſtis Paulli apoſtoli; nec non diſſertationum exegeticarum duodecas: denique commentarius in epiſtolam Iudæ apoſtoli*, Lugduni Batauorum MDCCIII. 4. Herbornæ MDCCXVI. 4. Argumenta diſſertationum ſunt: de ſeditione et exitio Coræ: de ieſu nazareno: de cælo aperto et angelis dei aſcendentibus et deſcendentibus ſuper filium hominis: de glorificatione ieſu in monte: de miraculis ieſu: de prophetia Ieſaiæ XLII. 1. impleta in ieſu: de ieſu, portante morbos, quos ſanabat: de ficu diris à chriſto deuota: de vltimo paſchate chriſti: de ſpiritu concupiſcente; aut non concupiſcente ad inuidiam. *** Multa ſcripturæ ſanctioris loca in *miſcella-*

neis

* *acta eruditor.* MDCXCVI. p. 378.

** ALETHAEI *berichte von commentariis vber die ſchrift part.* III. p. 151. 161.

*** *memoires de Treuoux* MDCCXI. *nouembr.* p. 1888. *journal des ſçauans* MDCCVII. *mai.* p. 200. *acta eruditor.* MDCCIV. p. 85. *vnſchuldige nachrichten*, 1704. p. 482. LILIENTHALII *theologiſche bibliothec* p. 1125. ALETHAEI *berichte von commentariis vber die ſchrift* part. III. p. 193. part. V. p. 199.

neis his ac *meletematibus* explicantur atque illuſtrantur. Vtraque ſcripta in magno honore habentur, non ſolum ob ipſa præclara atque vtilia illorum argumenta; ſed etiam ob eruditam, perſpicuam ac ſolidam tractandi rationem, quam Witſius vti in aliis ingenii ſui monimentis; ita in his quoque non ſine laude ſequutus eſt:

HENRICI MORI *diſcourſes on ſeueral texts of ſcripture*, Londini MDCXCII. 8. Diſſertationes hæ natæ ſunt ex ſermonibus, partim publice ad populum; partim exercitationis cauſſa recitatis. Quædam; non multa ſcripturæ dicta illis illuſtrantur; ita tamen, vt auctor pauca ediſſerat, quæ ſingularem vtilitatem præbent, ſuumque, Platonem ſectandi, ſtudium et hoc libello oſtendat: *

IO. VAN DER WAEYEN *varia ſacra*, Franeckeræ MDCXCIII. 4. Sunt iſta: analyſis epiſtolæ ad Galatas: diſſertatio de hirco azazel: Ioannis Spenceri diſſertatio de hirco azazel excuſſa: tres orationes, prima de eccleſiæ ex vtraque Babylone exitu: ſecunda de incremento cognitionis exſpectando tempore nouiſſimo ac tertia de ſemihorii ſilentio ad *apocal. VIII*, 1. item homilia in locum *Zachariæ IV*, 10. diſſertatio in *Zachariam III*, 9. ac denique capita doctrinæ de teſtamentis et fœdere: **

IO. ESKVCHE *miſcellanea ſacra*, Embdæ MDCXCIV. et iterum ibidem MDCCX. 8. cura *Gerardi Outhoffi*, qui addidit diſſertationem de *veritate reſurrectionis ieſu chriſti propriis ſuis viribus*. Opuſculum ipſum abſoluitur commentationibus, quibus dicta nonnulla vtriusque fœderis exponuntur: ***

STEPHANI MORINI *explanationes ſacræ et philologicæ in aliquot veteris et noui teſtamenti loca*, Lugduni Batauorum MDCXCVIII. 8.

IACO-

* *acta eruditor.* MDCXCIII. p. 429.

** *ibid.* p. 361. TENTZELII *monatliche vnterredungen*, 1694. p. 184. LILIENTHALII *exegetiſche bibliothec* p. 1117.

*** *acta eruditor.* MDCCXI. p. 512. *neuer bücherſaal der gelehrten welt volum.* I. p. 581. ALETHAEI *berichte von commentariis vber die ſchrift part.* III. p. 303. LILIENTHALII *exegetiſche bibliothec* p. 1152.

IACOBI GOVSSETII *vesperæ groninganæ; siue amica de rebus sacris colloquia, vbi varia scripturæ loca selecta, difficilia ac magni momenti adcurate tractantur atque egregie explanantur*, Amstelodami MDCXCVIII. 8. iterum ibidem MDCCXI. 8. Pleraque; non omnia, quæ libro hoc continentur, Goussetium habent auctorem. Constat ille colloquiis, quæ a nonnullis amicis instituta sunt de rebus sacris, speciatim de oraculis diuinis eorumque sensu. Inter alia agitur de polygamia patriarcharum: de gradibus adfinitatis atque incestu: de vi testimoniorum veteris testamenti ad probandum, iesum esse messiam: *

IO. BRAVNII *selecta sacra*, Amstelodami MDCC. 4. vbi multa loca codicis sanctioris, maxime ex antiquitate ebræa, illustrantur. Quinque sunt illorum libri auctorque exponit eorum *primo* de illis, ad quos apostoli epistolas suas exararunt: *secundo* de septimo sigillo ex Ioannis apocalypsi: *tertio* de sanctitate summi pontificis, ex *Ebr. VII, 27.* enarrata: *quarto* de planctu ob thammuz, ex *Ezechiele VIII, 14. quintus* autem complectitur septem varii argumenti exercitationes. Quinque illarum orationes sunt; duæ posteriores autem epistolæ. Commendant se *selecta* hæc eruditione atque industria, quam Braunius ad ista conscribenda adhibuit: **

LAMBERTI BOS *diatribæ; siue exercitationes philologicæ, in quibus noui fœderis loca nonnulla e profanis maxime auctoribus græcis illustrantur*, Franeckeræ MDCC. 8. ac locupletiores, eodem loco MDCCXIII. 8. Exstant etiam illius *obseruationes miscellaneæ ad loca quædam cum noui fœderis; tum exterorum scriptorum græcorum*, Franeckeræ MDCCVII. 8. quem vtrumque doctissimum librum iam supra laudaui:

IO. EDWARDI *exercitations critical, philosophical, historical and theological on seueral important places in the writings of the old and new testament*, Londini MDCCII. 8. Priore parte

* *acta eruditor.* MDCXCVIII. p. 345. *nachrichten von den büchern in der stollischen bibliothec volum.* II. p. 448. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 1179.

** *histoire des ouurages des sauans* MDCC. p. 23. BERNARDI *nouuelles de la republique des lettres* MDCC. *mai.* p. 483. *acta eruditor.* MDCC. p. 289. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 1113. *monatliche auszüge*, 1700. p. 489.

parte harum *exercitationum* auctor nouem oracula veteris testamenti erudite exponit ac disserit de prima rerum omnium origine: de diluuio, fuisse id vniuersum, ac caussis eius: de israelitis, eos Aegyptiis nullam iniuriam fecisse, quum horum vasa aurea atque argentea abstulerint: de variis diaboli artium generibus: de spectro endoreo: de idolo baalzebub: de gemina gentis iudaicæ insigniore captiuitate: de differentia inter animam humanam ac spiritum bruti: de vestigiis sacramentorum noui testamenti in veteri. Similes commentationes pars posterior complectitur quumque ibi decem dicta noui fœderis illustrantur, itidem varia argumenta enarrata sunt: de vitæ genere vtriusque parentis christi in terris: de Anna et Caipha, eodem tempore summis sacerdotibus: de sermone *Rom. VII*, *14*. sqq. de ipso Paullo, tanquam homine regenito, intelligendo: de mysterio dei, in carne manifestati: de tribus testibus in terra. De reliquis taceo: *

MARTIN. KONINGII *heilige mengel-stoffen*, Vltraiecti MDCCIII. 8. Inter loca scripturæ, libro hoc explicata, ea sunt, quæ ad historiam de turri babylonica ac confusione linguarum: ad fatum vxoris Lothi: ad Iephtam ac sacrificium eius pertinent: **

IO. BVXTORFII *catalecta philologico-theologica. Accedunt mantissæ loco virorum celeberrimorum, Casauboni, Heinsii, Vsserii, Waltoni, Schikardi aliorumque epistolæ ad Io. Buxtorfios, patrem et filium, nunc primum in lucem editæ*, Basileæ MDCCVII. 8. Continentur libro hoc commentationes in varia litterarum sacrarum loca, quæ breuiores quidem; attamen eruditæ sunt ac multa comprehendunt, ab aliis interpretibus neglecta. Neque librorum sacrorum; neque alium certum ordinem auctor sequutus est: ***

HENRI-

* *vnschuldige nachrichten*, 1704. p. 618. *acta erudītor.* MDCCIV. p. 136.

** LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 1190.

*** *iournal des savans* MDCCVIII. *mai.* p. 273. ALETHAEI *berichte von commentariis vber die schrift part.* III. p. 11. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 1181.

HENRICI IACOBI VAN BASHVYSEN *obseruationes sacrae*, libris duobus, Francofurti MDCCVIII. et Seruestae MDCCXXI. 4. Liber prior minus huc referendus est, quoniam illo, vt et titulus significat, de integritate sacrae scripturae, inprimis veteris testamenti agitur, quae occasione editionis, versionis et notarum R. MOSIS MAIMONIDIS *tractatus de libro legis* illustratur et defenditur. Alia est ratio libri posterioris illeque ad locum hunc omnino pertinet. Eo enim multa oracula veteris et noui testamenti explanantur. * Praeter *obseruationes* has, exstant eiusdem BASHVYSENII *animaduersiones selectae ad diuersa scripturae sacrae loca, ex philologia et historia ad probandam fidei christianae rationalitatem et corrigendos nonnullos interpretum errores*, Delphis MDCCXXIII. 4. Volumine hoc continentur dissertationes, ad varia codicis diuini loca illustranda conscriptae, nimirum de rationalitate fidei christianae, ad *Rom. XII*, *1* de virginitate matris messiae, ad *Iesai. VII*, *14*. de rationalitate adscensionis messiae in thronum patris sui Dauidis, ad *2. Samuel. VII*, *16*. de bello iehouae, ad *Iesai. IX*, 7 de sinu Abrahae, ad *Luc. XVI*, *22*. In explicandis argumentis his auctor eruditionem quidem monstrat; plus autem, quam decet, rationi in rebus fidei tribuit ac sententias defendit, quae falsae sunt ac paradoxae: **

ALBERTI SCHVLTENSII *animaduersiones philologicae et criticae ad varia loca veteris testamenti, in quibus ope praecipue linguae arabicae multa, ab interpretibus nondum satis intellecta, illustrantur, quam plurima etiam noue explicanda modeste proponuntur*, Amstelodami MDCCIX. 8. Quum auctor in persuasionem venit, magnum vsum esse linguae arabicae in explicanda scriptura sacra, ex illa praecipue in hoc atque aliis scriptis, quae edidit, locis difficilioribus lucem adferre voluit: ***

CORNE-

* FABRICII *historia bibliothecae part.* V. p. I.

** LILIENTHALII *fortgesetzte theol. biblioth.* p. 1049.

*** BERNARDI *nouuelles de la republique des lettres* MDCCX. mai. p. 546 LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 1179 ALETHAEI *berichte von commentariis vber die schrift pars.* IV. p. 57.

CORNELII ADAMI *obseruationes theologico-philologicae, quibus plurima sacri codicis, noui testamenti praesertim, loca ex moribus et ritibus diuersarum gentium illustrantur*, Groeningae MDCCX. 4. atque *exercitationes exegeticae*, eodem loco MDCCXII. 4. quem vtrumque librum iam supra recensui:

IO. FRIDERICI HOMBERGK ZV VACH *parerga sacra; seu obseruationes quaedam ad nouum testamentum*, Traiecti ad Rhenum MDCCXII. 4. quorum antea notitiam suppeditaui:

IACOBI RHENFERDII *obseruationes selectae ad loca ebraea noui testamenti*, Francofurti MDCCXII. 4. quae constant tribus dissertationibus, MDCCV. MDCCVI. MDCCVII. separatim editis: *

IO. D' OVTREIN *dissertatio philologico-theologica de Melchisedeco non Henocho et obseruationes miscellaneae in selecta sacri codicis loca*, Amstelodami MDCCXIII. 8. Ea in *obseruationibus* his habentur, quae laude ac lectione digna sunt. In dissertatione de Melchisedeco auctor Henrici Hulsii sententiam, Melchisedecum esse Henochum, confutat ipseque illum de messia; siue potius de filio dei interpretatur, qui adsumta humana forma adparuerit ac typum incarnationis suae praebere voluerit. ** Sed et haec opinio non sine caussa impugnata fuit: ***

Lettres critiques sur quelques endroits de l'ecriture, Amstelodami MDCCXV. 8. Prodierunt epistolae hae sine auctoris nomine; cum autem esse IONCOVRTIVM, viri eruditi suspicantur. Explicat ille aliquot scripturae dicta prioris ac posterioris foederis; ea tamen ratione, vt haud obscure animum, nouis maxime sententiis addictum; nec a paradoxis plane alienum, prodat: *

RVARDI

---

* sunt quoque cum in eius *operibus philologicis*, quae Traiecti ad Rhenum MDCCXXII. 4. prodierunt, p. 712. tum in MEVSCHENII *nouo testamento ex talmude* p. 1039.

** *neuer bucbersaal der gelebrten welt volum.* III. p. 797. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 1219. ALETHAEI *berichte von commentar. vber die schrift part.* I. p. 188.

*** vide: *bibliothecam bremens. class.* III. p. 879.

* *vnschuldige nachrichten*, 1716. p. 1040.

RVARDI ANDALA *exegesis illustrium locorum sacrae scripturae. Accedit clauis apocalyptica*, Franeckerae MDCCXX. 4. Duae sunt partes operis huius. Priore illustrantur octo loca veteris ac noui testamenti, inter quae sunt oracula de schilo: de serpente aeneo: de typo suspensi, eodem die sepeliendi: de corpore Mosis. Pars posterior exhibet *clauem apocalypticam*, quam auctor in linguam belgicam conuertit ac *commentario* suo in *apocalypsin*, belgice edito Leowardiae MDCCXXVI. 4. praemisit: *

IACOBI ELSNERI *obseruationes sacrae in noui foederis libros, quibus plura illorum librorum loca ex auctoribus potissimum graecis et antiquitate exponuntur et illustrantur*, duobus tomis, quorum prior Traiecti ad Rhenum MDCCXX. 8. posterior ibidem MDCCXXVIII. 8. in lucem exiit. De illis antea plura disserui:

IO. WESSELII *dissertationes sacrae leidenses ad selecta quaedam veteris et noui testamenti loca*, Lugduni Batauorum MDCCXXI. 4. Argumenta harum dissertationum sunt: de angelo iehouae, ab Hagare viso: de iehoua, in monte prouisuro: de intuitu gloriae iehouae, a Mose petito: de facie iehouae non videnda: de posterioribus dei visis: de epistola Eliae prophetae: de silentio scripturae mystico in historia Melchisedeci: de vnctione summae sapientiae aeternae, non officiali; sed filiali: de angelo faciei iehouae: de messia crucifixo, iudaeis offendiculo futuro: de Iona, typo christi prophetico: de christo, filio dei tantum secundum naturam diuinam: de ὑποταγῇ filii futura: de mediatore non vnius; sed ipso deo vno: de elementis mundi: de christo, imagine inuisibilis dei. Accesserunt duae orationes: altera de laudibus Pauli apostoli et de titulo crucis domini. ** Eiusdem WESSELII in lucem prodierunt: *dissertationes academicae ad selecta quaedam loca veteris et noui testamenti*, Lugduni Batauorum MDCCXXXIV. 4. Ex locis istis exponitur: de miraculo

et

* *acta eruditor.* MDCCXXII. p. 300. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 1130.

** *acta eruditor.* MDCCXXIII. p. 119. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 1131. *samlung von alten und neuen theolog. sachen*, 1721. p. 963.

et mysterio rubi ardentis et non consumti: de iniquitate patrum imputata filiis et filiorum filiis, tertiis ac quartis: de voto Mosis: de Dauide, lauante manus suas cum innocentia: de mysteriis tabernaculi leuitici: de lingua vatis, calamo scribae velocis comparata: de pulcritudine et gratia labiorum messiae: de iustitia messiae vicaria: de regina, stante ad dextram regis in auro: de filiis messiae pro patribus eius futuris: de memoria nominis messiae perpetua: de Mose legislatore, gratiam christi redemptoris implorante: de messia, ex torrente in via bibituro: de hereditate terrae, piis promissa: de antiquitate et origine baptismi proselytorum apud iudaeos: de christo primogenito: de natura peccati. * Vtrumque opus multum commendatur cum ab argumentis, quae grauia sunt; tum ab erudita ac solida eorum expositione:

DAVIDIS MILLII *dissertationes selectae, varia sacrarum litterarum et antiquitatis orientalis capita exponentes et illustrantes*, Traiecti ad Rhenum MDCCXXIV. 8. Disputat auctor de Nilo et Euphrate, terrae sanctae terminis: de vitulo aureo: de nomine singulari, quo rabbini adficiunt altare templi hierosolymitani, quum id *mediatorem* adpellant: de gad et meni *Iesai LXV, 11.* de idolo achad apud *Iesaiam LXVI, 17* de baalzebub et miphlezeth: de diuinandi genere, quod in codice sacro אוב vocatur: de nominibus magorum orientis, quae sunt in scriptura sanctiore: de commutatione vestium vtriusque sexus prohibita. In existimatione sunt dissertationes hae eaque iusta ac debita. Commendant enim se non solum argumentis suis selectis, non vulgaribus; sed etiam tractandi ratione, quum Millius ista ita persequutus est, vt adparatum exquisitae variaeque eruditionis praeberet. ** Prodierunt *dissertationes* hae iterum Lugduni Batauorum

* *nouor. actor. eruditor. supplementor. tom.* II. p. 491. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 1131.

** CLERICI *bibliotheque ancien. et modern. tom.* XXI. p. 358. *acta erudítor.* MDCCXXV p. 10; *deutsche acta eruditor. volum* IX. p. 381. *samlung von alten und neuen theolog. sachen*, 1725. p. 439. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 1183. COLERI *auserlesene theol. biblioth. volum.* I. p. 26.

uorum MDCCXLIII. 4. multum locupletatæ. Accesserunt nouæ disputationes, ob argumentorum delectum ac doctrinæ copiam itidem multum laudandæ, nimirum: de terra Canaan: de statutis et lapidibus idololatricis: de cornibus altaris exterioris: de caussis odii iudæos inter atque samaritanos, vna cum orationibus nonnullis. * Præter dissertationes has, ad locum hunc pertinent: eiusdem MILLII *miscellanea sacra, Esaiæ caput LIV. psalmos CXXI. CXXII. aliaque argumenta tam theologica; quam exegetica enucleantia et exponentia. Inter illa eminent duæ dissertationes, quarum altera demonstratur obligatio hominis christiani ad sacram cœnam: altera complectitur errores virorum doctorum in delineando tabernaculo Mosis*, Amstelodami MDCCLIV. 4. quod itidem eruditum opus est: **

IO. ALBERTI *obseruationes philologicæ in sacros noui foederis libros*, Lugduni Batauorum MDCCXXV. 8. quas vna cum eiusdem *periculo critico, in quo loca quædam cum veteris ac noui fœderis; tum Hesychii et aliorum illustrantur, vindicantur, emendantur*, Lugduni Batauorum MDCCXXVII. 8. supra iam recensui:

Fortuita sacra, quibus subiicitur commentarius de cymbalis, Roterodami MDCCXXVII. 8. In præfatione, non ab auctore; sed ab alio præmissa, significatur, illum esse virum, genere illustrem ac munere senatorio ornatum; simul autem, opusculum hoc præbere tantum specimen magni operis, a scriptore compositi. Illum esse ELLISY, parlamenti anglicani membrum, nonnulli tradunt. Explicantur viginti noui fœderis loca difficiliora vel ex Ebræorum antiquitatibus; vel ex Græciæ scriptoribus priscis, magna cum eruditione ac iudicandi facultate. Inter alia exponitur de battologia: de herodianis: de ignoto Atheniensium deo: de baptismo super mortuos: de verbis *Philipp. II, 6. 7. 8. Tit. III, 8. Ebr. I, 13. Iacobi IV, 5.* ***

IACO-

* *acta eruditor.* MDCCXLIII. p. 440.
** *bibliotheque des sciences et des beaux arts tom.* I. *part.* 2. p. 119. KRAFTII *theolog. bibliothec volum.* X. p. 753.
*** *acta eruditor.* MDCCXXVIII. p. 74. COLERI *auserlesene theol. biblioth. volum.* III. p. 897. LILIENTHALII *evangelische bibliothek* p. 1250.

IACOBI TRIGLANDII *dissertationum theologicarum et philologicarum sylloge*, Delphis MDCCXXVIII. 4. quarum mentionem facio ob quædam scripturæ loca, ibi enarrata atque illustrata. Agitur enim de libro iustorum: de tribus in cælo testibus: de corpore Mosis: de verbis *Ebr. I. 3.*

THEODORI HASAEI *dissertationum et obseruationum philologicarum sylloge*, Bremæ MDCCXXXI. 8. Quæ inter dissertationes has exegeticæ sunt, illis agitur: de Sabulonis præ Sidone præstantia: de Naphthalitide, apostolorum patria: de gloria templi secundi: de ligno sittim: de rubo Mosis: de behemoth. Sunt istæ erudite ac diligenter compositæ atque omnino laudari debent: *

CAMPEGII VITRINGAE, iunioris, *dissertationes sacræ, in quibus de rebus varii argumenti critice et theologice disputatur multisque sacræ scripturæ locis noua; vel clarior lux adspergitur*, Franeckeræ MDCCXXXI. 4. Venerunt illæ post auctoris obitum in orbis eruditi conspectum cura *Hermanni Venema* seque multum probarunt. Quæ Vitringa commentatus est, ea singularem illius doctrinam æque ac iudicium luculenter monstrant. Disputat iste de lucta Iacobi: de serpente veteratore: de festo tabernaculorum: de facie et posterioribus dei, ac loca scripturæ sacræ, quæ ad argumenta hæc spectant, erudite atque eleganter illustrat. Laudatus VENEMA addidit dissertationem de *genuino titulo epistola Paulli, quæ vulgo inscribitur ad Ephesios* eaque præter alia, de tempore et modo compositi canonis scripturæ noui testamenti exposuit: **

IACOBI NYLOE *schriftuurlyke aanmerckingen, waarin vele plaatsen der heiligen schrift verklaart, of uit historien en outheden opgeheldert worden*, Amstelodami MDCCXXXII. 4. quas obseruationes iam Leouardiæ MDCCVII. 4. prodiisse, relatum legimus. Exstant eiusdem: *schriftuurlyk licht*, Grœnin-

* *samlung von alten und neuen theolog. sachen*, 1732. p. 629. *acta erudit.* MDCCXXXII. p. 137. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 1185.

** *deutsche acta erudit.* volum. XIV. p. 685. *samlung von alten und neuen theolog. sachen*, 1733. p. 484. Dissertatio de lucta Iacobi antea prodierat in *bibliotheca bremensi* class. 4. p. 773. et class. [illegible]

expoſuit, ſunt illuſtria ac difficilia. D
ſti veſte: de domo æternitatis: de
hominis ſtante ad dextram dei: de te
ſpinea chriſti: de vnctis et prophetis n
dei: de nomine domini, turri muniti
cruce potato: de oculo, corporis luce
quæ et alia argumenta Schlichterus er
philologiæ et antiquitatum ſacris ac
luſtrat: **

NICOLAI HOLTII *apophoreta ſac*
theologicarum varii argumenti faſciculus
MDCCXXXII. 8. Libello hoc quinque
nentur, quarum inſcriptiones ſunt: de
in terra cananæa: eccleſia chriſtus; ſi
octaui: remuneratio apoſtolica; ſiue i
decimum obſeruationes: fons vitæ; ſiu
ralis, tradita in loco *Ioannis VI, 57.* vn
nymica; ſiue de nomine chriſtus. Ex
culi exigua eſt. Quæ eo habentur, i
iam dicta ſunt. Stili elegantiam auct
immo ſententias amplexus eſt, a vera d
do alienas: ***

LABRVNE *entretiens hiſtoriques et*
matieres de litterature ſacrée, Amſtelod
Colloquia hæc de variis ſcripturæ locis

non debita diligentia atque adcuratione composita sunt. Inter alia differitur: de tempore creationis mundi: de primis hominibus, non vestitis: de paradiso: de lapsu angelorum: de Lotho eiusque vxore: de signo Caini aliisque similibus argumentis: *

DITHMARI HACKMANNI *praecidanea sacra*, Lugduni Batauorum MDCCXXXV. 8. Quum auctor constituit, animaduersiones philologicas in textum sacrum prioris foederis conscribere atque ad vsum publicum transferre, iam primus earum tomus exhibetur, qui ad tres priores Mosis libros, *genesin*, *exodum* ac *leuiticum*, illustrandos spectat. De eo praecipue Hackmannus cogitauit, vt sermoni ebraeo ex linguis adfinibus lucem nouam adferret: radices illius deperditas restitueret. Nec solum in vulgares interpretum ac grammaticorum sententias; sed etiam in masoretharum variantes lectiones inquisiuit ac *ketibh* pro *keri* retinendum esse probare voluit. Praeceptorum suorum, Ikenii et Schultensii, doctrinas sequutus est: **

IO. PHILIPPI HEINII *dissertationum sacrarum libri duo*, Amstelodami MDCCXXXVI. 4. quae eruditae sunt ac variis scripturae sacrae locis lucem praebent. Agitur de ministerio solis et lunae: de parentum in paradiso mora: de serpente tentatore: de argumento prophetiae enochicae: de numero seruatorum in arca Noachi: de velo, sanctum a sanctissimo secernente: de ara mosaica exteriori: de aenei diametro maris: de azazelis adpellatione: de loco *genes. III, 22.* de caussa adductorum Adamo animalium: de simsoniana asini maxilla: de Mosis resuscitatione: de agno, christi imagine. Quae argumenta Heinius ita persequutus est, vt haud obscure significaret, se curas ac cogitationes suas praecipue contulisse ad nouas expositiones hocque nomine ad coniecturas faciendas: ***

* *samlung von alten und neuen theol. sachen*, 1733. p. 181. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 1187.

** *acta erudítor.* MDCCXXXVI. p. 427.

*** *bibliothequ. germanique tom.* XL. p. 186. *maandelyken vittreks.* MDCCXXXVI. *part.* 1. p. 401. *miscellanea groningana tom.* 1. p. 670. *frühaufgelesene früchte*, 1736. p. 325.

FRIDERICI ADOLPHI LAMPE *dissertationum philologico-theologicarum, tum earum, quae ad vlteriorem euangelii Ioannis illustrationem pertinent; tum reliquarum varii generis et eruditionis multifariae syntagma*, cum *Daniel. Gerdesii* praefatione, Amstelodami MDCCXXXVII. 4. Quum opere hoc ea quoque continentur, quae ad scripturas sacras illustrandas spectant, iure illud ad locum hunc refertur. Sunt enim in eo disputationes: de titulo euangelii Ioannis: de scala Iacobi: de mysterio scalae iacobaeae: de sinu patris: de generatione ex aqua et spiritu: de locis noui testamenti, quae de λόγῳ hypostatico agere videntur: de loco psalmi XXXIII, 6. de locis veteris testamenti, quae de λόγῳ hypostatico agere, dubitatur: de loco apud *Ioannem VIII*, 25. de resuscitatis per miraculum: de Iesaia nudo et discalceato. Accesserunt orationes ac programmata quaedam. In pretio haberi debet *syntagma* hoc, non solum ob illustria argumenta, quae enarrata sunt; sed etiam ob istorum maxime eruditam expositionem: *

AEGIDII STOCKMANS *miscellanea sacra*, Amstelodami MDCCXXXVII. et MDCCXXXIX. duabus partibus. Pars prior complectitur dissertationes tres, quarum *prima* exponitur de annis CCCC. et CCCCXXX. quorum hi finiti sunt in exodo israelitarum ex Aegypto: illi in fine oppressionis israelitarum per Aegyptios: *secunda* de vocibus dominii, in plurali numero vsurpatis, quum de vno homine agatur: *tertia* de loco *Ioan. I*, 12. 13. Parte posteriore exhibentur dissertationes duae: altera explicat verba Paulli *Galat. III*, 16. altera autem est ἀνακεφαλαίωσις commentarii, quem auctor in *Iesai. LIV.* lingua belgica euulgauit: **

IO. GEORG. MICHAELIS *obseruationes sacrae*, Traiecti ad Rhenum MDCCXXXVIII. 8. Comprehensae sunt volumine hoc dissertationes quaedam selectae, quas auctor in academia francofurtensi publicae disquisitioni subiecit ac defendit. Commendant illae se multum argumentis suis pariter ac eruditionis variae adparatu. Exponitur de sacrificio cordis

* nouor. actor. erudit. supplement. tom. VI. p. 389.

** acta eruditorum MDCCXLI. p. 421.

dis et cerebri : de incisura propter mortuos : de Elisæo, a probro puerorum bethelensium iusto dei iudicio vindicato: de cane, symbolo prophetæ: de spiritu sancto, sub externo linguarum ignearum symbolo apostolis communicato : de crustulis quotidianis pontificis maximi: de sacerdote, ex ministerio suffitus non diuite: *

DANIELIS GERDESII *exercitationum academicarum libri tres*, Amstelodami MDCCXXXVIII. 4. Liber *primus* earum complectitur obseruationes miscellaneas ad loca quædam scripturæ sacræ, quæ ad historiam patriacharum potissimum spectant: *secundus* dissertationes exegeticas ad oracula cum veteris ; tum noui testamenti selecta itemque tractatum de festo clangoris eiusque mysterio. In illis sunt dissertationes: de mysterio circumcisionis christi ; de mysterio baptismi christi : de operariis in vinea: de verbis *psalmi XXII, 23.* sqq. Libro denique *tertio* continentur disputationes : de synagoga libertinorum: de particulari iudicio animarum, a corpore separatarum, cum duabus orationibus, altera de docta in theologia ignorantia: altera de vnctione, quæ fideles docet omnia. Opus est, quod testimonium luculentum præbet de singulari auctoris eruditione atque industria: quod, vbi illud legatur, multam ac variam vtilitatem promittit: **

IO. RVDOLPHI FISCHERI *probe von theologisch-philologischen anmerckungen vber verschiedene stellen der heiligen schrift vnd andere wichtige materien*, Tiguri MDCCXXXIX. 8. sex partibus. Loca, quæ explicantur non sine eruditione atque vtilitate, sunt cum prioris ; tum posterioris fœderis. Inter alia auctor agit de vera caussa, cur deus voluerit, vt circumcisio die octaua fieret : de scopo Paulli epistolæ ad Galatas : de quæstione, cur seruator noster numquam a syna-

* *samlung von alten vnd neuen theolog. sachen*, 1738. p. 234. *acta eruditorum* MDCCXXXVIII. p. 420. *bibliotheque germanique tom.* XLIII. p. 185. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 1188.

** *bibliotheque raisonnée. tom.* XXIV. p. 55. *acta eruditor.* MDCCXXXIX. p. 616. *samlung von alten vnd neuen theolog. sachen*, 1738 p. 694. *maandelyk. uittreksf.* MDCCXXXIX. *ian.* p. 9. *iun.* p. 635. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 1133.

goga iudaica exclusus fuerit: de vniuersa iudæorum conuersione exspectanda: *

EMONIS LVCII VRIEMOET *obseruationes miscellanea*, quarum liber primus prodiit Leowardiæ MDCCXL. 4. Explanantur loca codicis sanctioris selecta. Differit auctor docte ac diligenter de apostolis, sale terræ: de verbis *psalmi XL*, 7. et apud *Malachiam IV*, 2. de typo personæ christi in tabernaculo et templo non obseruando: de septem spiritibus ac stellis apocalypticis: de psalmis graduum: de iesu nazareno atque aliis similibus argumentis: **

HERMANNI VENEMA *dissertationes selectæ ad sacram scripturam veteris et noui testamenti*, Leouardiæ MDCCXLVII. 4. quas ita conscribendas auctor suscepit, vt loca difficiliora vtriusque fœderis per nouas versiones breuioresque interpretationes illustraret. Initium harum commentationum adducto volumine fecit. *** Idem VENEMA in lucem emisit: *dissertationum sacrarum libros tres, in quibus de rebus varii et selecti argumenti libere disputatur ac noua; vnde vberior lux tum illis; tum multis scripturæ locis infunditur*, Harlingæ MDCCXXXI. 4. quæ tamen magis dogmatici; quam exegetici argumenti sunt. Singulari saltem studio nulla scripturæ loca enarrantur, præter ea, ex quibus de faciei et posteriorum dei mystico sensu: de gloriosa Mosis facie eiusque velamine erudite expositum est: *

CONRADI IKENII *dissertationes philologico-theologicæ in diuersa sacri codicis vtriusque instrumenti loca, maximam partem nunc primum in lucem editæ*, Lugduni Batauorum MDCCXLIX. 4. Egregiæ sunt dissertationes hæ, siue ad res, illis explicatas, animum aduertas; siue ad illarum expositionem, quæ erudita ac solida est. Argumenta ipsa, quæ Ikenius ex locis scripturarum sanctiorum selectis enarrauit, sunt: de nomine schaddai: de mutatione nominum Abrahami et Saræ:

* LILIENTHALII *fortgesezte theolog. bibliothec* p. 1052.
** LILIENTHALIVS *dicto loco* p. 1045. *samlung von alten und neuen theolog. sachen*, 1744. p. 681.
*** *bibliotheque raisonnée tom.* XLI. p. 243. KRAFTII *theolog. bibliothec volum.* IV. p. 464.
* *acta eruditor.* MDCCXXXII. p. 15. *samlung von alten und neuen theol. sachen*, 1732. p. 935.

Saræ: de lapide, a Iacobo in locum cultus publici vncto: de portione vna Iosepho præ fratribus a patre data: de azareth festi: de mercede meretricia et pretio canis, ad domum iehouæ non adferendo: de arca dei, super qua nomen iehouæ zebaoth, insidentis cherubinis, nuncupatur: de crethi et plethi: de voto Dauidis, aquas ex fonte in porta bethlehemitica adpetentis: de nibihas idolo Auuæorum: de magis ignicolis: de perforatione aurium messiæ: de baal-hamon et baal-gad: de præuaricatione Iacobi hancque sequuto fidei certamine: de sole occidente in meridie: de vno iota; aut apice vno legis non interituro: de *σαλπισμῶ* stipem colligentium: de ficu ad imprecationem seruatoris exarescente: de Paulli oratione, Athenis habita. Reliqua prætermitto: *

IO. GVIL. KRAFFTII *obseruationes sacræ, quibus varia scripturæ loca atque argumenta theologica illustrantur*, quæ per partes; siue fasciculos lucem adspicere cœperunt, Marburgi MDCCLIII. 8. Oracula diuina eorumque argumenta, quæ enodantur, sunt selecta, vti agitur in *fasciculo primo*: de diuina admonitione Caini: de Caini adloquio, ad fratrem directo: de signo Caini: de vrbe Hanoch, a Caino condita: de Melchisedeco, rege et sacerdote: de sceptro a Iuda non recessuro: de mysterio rubi ardentis, non combusti: de genere mortis primogenitorum in Aegypto: de baculo dei, manu Mosis elato: de æneo serpente eiusque mysterio: de mysterio tabernaculi et templi: de fletu vxoris Simsonis septem conuiuii diebus. Similia illustria argumenta codicis diuini in reliquis partibus ea eruditione explicantur, vt si obseruationes hæ legantur cum iudicio, illæ vtilitatem præbeant non mediocrem:

IO. GEORGII ALTMANNI *meletemata philologico-critica, quibus difficilioribus noui testamenti locis ex antiquitate lux adfunditur et verus eorumdem sensus indagatur. Accedit oratio de illustri inscriptione crucis christi eiusque mysterio*, Traiecti ad Rhenum MDCCLIII. 4. Commendant se *meletemata* hæc omnique laude digna sunt, quum illis illustrio-

* *acta eruditor.* MDCCL. p. 199. KRAFFTII *theolog. bibliothec volum.* VI. p. 176. *theol. buchersaal volum.* II. p. 185.

ra codicis diuini loca cum magno eruditionis sacræ ac profanæ adparatu enarrantur. Tres sunt eorum tomi, quorum *primo* exponitur: de sensu, quo *Matthaeus II, 23.* dicat, christum vocatum fuisse nazarenum: de sale terræ: de gente Herodum: de non eradicanda zizania: de portis inferorum: de veste nuptiali: de Tarso, patria Paulli eiusque romana ciuitate: de actis Paulli et Barnabæ apud Lystrenses: de actis Paulli apud Athenienses: *secundo* de actis Paulli apud Corinthios et apud Ephesios: de creatura gemebunda: de carbonibus ignitis: de difficilioribus quibusdam posterioris epistolæ ad Corinthios locis: de redemtione temporis: de spiritus et animæ integritate in *1 Thessalon. V, 23.* de magno pietatis mysterio: *tertio* de variis noui testamenti locis: de passionibus et ærumnis apostolorum: de muliere, potestatem habente sub marito capite: de baptismate propter mortuos.

GERARDI DE HAAS *specimen criticum in loca quædam euangelica*, Traiecti ad Rhenum, MDCCLVIII. 8. quo opusculo perpauca dicta illustrantur, non sine tamen eruditione. Interpretibus scripturæ sacræ, quos nunc enumeraui, adiungendi sunt: DRVSIVS, DE DIEV, CAPELLVS, quum itidem loca codicis diuini selecta explicarunt; a scriptis autem eorum iam recensendis abstineo, quoniam illa supra commemoraui.

§. XIII.

Quum enumeraui nunc lutheranos ac reformatos doctores, qui in locis scripturarum sacrarum selectis ingenia atque industriam suam ita exercuerunt, vt illa exponerent atque illustrarent, venio ad *pontificios*. Extiterunt omnino inter eos, qui similem curam susciperent ac singularibus oraculis diuinis enodandis operam consecrarent; vbi autem istos his in studiis cum lutheranis ac reformatis conferre velimus, haud difficulter patebit, minora esse illorum merita, siue ad numerum huiusmodi interpretum; siue ad ipsas, quas reliquerunt, expositiones respiciamus. Quid præstiterint, scripta ostendunt, quorum tabula nunc sequitur:

IOAN-

IOANNIS ARBOREI *theosophia, complectens expositionem locorum difficiliorum veteris et noui testamenti*, Parisiis MDXL. fol. duobus voluminibus:

MARTINI DE ROA *singularium locorum ac rerum libri quinque, in quibus cum ex sacris; tum ex humanis litteris multa ex gentium Ebraeorumque moribus explicantur*, Cordubae MDC. 4. Lugduni MDCIV. 8. quae editio locupletata in lucem prodiit. Accessit enim eiusdem auctoris commentatio *de die natali sacro et profano*, vna cum *singularium locorum libro sexto*. Praeter volumen hoc, in lucem exiit alterum idque *singularium sacrae scripturae*, Lugduni MDCXXXIV. 8. vtrumque autem coniunctim editum est Lugduni MDCLXVII. 8. Multa habentur in opere hoc, quae erudita sunt; nec solum profanorum; sed sacrorum quoque scriptorum varia loca illustrant: *

GVIL. ALABASTRI *adparatus in reuelationem iesu christi, in quo varia veteris et noui testamenti loca explicantur, modo peculiari et cabbalistico*, Antuerpiae MDCVII. 4.

IOANNIS DE ALBA *sacrarum semioseon, animaduersionum et electorum ex vtriusque testamenti lectione commentarius et centuria*, Valentiae MDCX. 4. ** Idem opus etiam in lucem prodiit titulo hoc: *selectae adnotationes in varia vtriusque testamenti loca difficiliora*, Valentiae MDCXIII. 4. Venetiis MDCXVI. 4. Moguntiae MDCLXXV. 4.

LAVRENTII RAMIRESII DE PRADO *pentecontarchus; siue quinquaginta militum ductor. Opus quinquaginta capitibus constans, in quo varia scripturae loca ex Ebraeorum, Graecorum et Romanorum moribus, praecipue ex profana antiquitate et iure ciuili conatur auctor illustrare*, Antuerpiae MDCXII. 4. *** ac cura *Io. Alberti Fabricii*, Hamburgi MDCCXII. 8. * quo libro multa erudite tradita sunt:

GVIL. ESTII *adnotationes in praecipua difficiliora sacrae scripturae loca*, Antuerpiae MDCXXI. fol. Coloniae MDCXXII. 4. quae

* ANTONII *bibliotheca hispan. noua. tom.* II. p. 89.

** *ibidem tom.* I. p. 477.

*** *ibidem tom.* II. p. 8.

* in *obseruationibus selectis in varia loca noui testamenti*, quas antea recensui.

4. quæ poſtea ſtudio *Caſparis Nemii* ex ipſius auctoris ſcripti multum auctæ atque in lucem emiſſæ ſunt, Duaci MDCXXVIII. Antuerpiæ MDCLIII. Pariſiis M.DCLXIII. MDCLXXXIII. Moguntiæ MDCLXVII. fol. item cum auctoris adnotationibus in epiſtolas apoſtolicas, quæ ex eiusdem vberioribus commentariis in dictas litteras ſumtæ ſunt, cura *Norberti d' Elbene*, Antuerpiæ MDCXCIX. fol. Ipſæ *adnotationes* hæ non ab auctore; ſed ab aliis ex eius aduerſariis collectæ ſunt; hanc autem ob cauſſam mirum non eſt, non omnia in illis ſatis eſſe limata. Sed tamen quum iſtæ opus exhibent eruditum, omnino et in pretio habentur: *

IO. LVDOVICI DE LA CERDA *aduerſaria ſacra, quibus fax præfertur ad intelligentiam multorum ſcriptorum ſacrorum.* Acceſſerunt: *pſalterium Salomonis graecum et latinum, cum ſcholiis* ac TERTVLLIANI *libri de pallio commentarius auctior*, Lugduni MDCXXVI. fol. **

PHILIPPI PICINELLI *lumina reflexa; ſeu omnium veterum claſſicorum ac ethnicorum auctorum exactiſſimus conſenſus cum ſingulis capitibus ac ſingulis pene verſiculis ſacrorum bibliorum vniuerſæ, tam veteris; quam nouæ, legis, deſeruiens inſtar commentarii ad totam ſacram ſcripturam, additis plerumque ſanctorum patrum ſententiis et conceptibus, ad exſtirpanda vitia virtutesque amplectendas adcommodatis, concionatoribus, oratoribus, hiſtoricis, politicis et poetis maximam adferens vtilitatem ac eruditionem*, quod opus primum italice Mediolani MDCLXVII. fol. deinde latine Francofurti ad Mœnum MDCCII. fol. in conſpectum publicum venit. Iam ſupra de eo diſſerui:

PETRI POSSINI *commentaria in loca ſelecta quatuor euangeliſtarum*, Romæ MDCLXXIII. fol. ac ſub titulo: *ſpicilegium euangelicum, quo quaedam colliguntur, nonnullis euangeliorum verbis et locis obſcuris, ordine alphabetico digeſtis, declarandis non inutilia*, cura *Io. Alberti Fabricii*, Hamburgi MDCCXII. 8. *** quo opuſculo multa continentur lectione digna:

* MAYERI *bibliothec. biblica* p. 67. FABRICII *hiſtoria bibliothec. pars.* IV. p. 21.

** ANTONII *bibliothec. hiſpan. nou. tom.* I. p. 552.

*** in *obſeruationibus ſelectis in varia loca noui teſtamenti, quae a Fabricio* Hamburgi MDCCXII. 8. editæ et a me antea [illegible]

ARTIANAEI *harmonie analytique de plusieurs sens rapports inconnus de l'ancien et du nouueau testa- le vne explication litterale de quelques pseaumes et l'vne nouuelle edition de la bible latine*, Parisiis . 12. Quum auctor consilium de codice sacro la- do notisque illustrando cepisset, libro hoc vario- turae locorum nouas versiones pariter atque expo- veluti specimina, exhibuit. Quae caussa est, cur hoc nunc recenseam: *

ation de plusieurs textes difficiles de l'ecriture, qui resent n'ont eté ni bien entendus, ni bien expliqués mmentateurs, auec des regles certaines pour intelli- sens litteral de l'ancien et du nouueau testament, DCCXXX. 4. Libri huius auctor est monachus be- , e congregatione sancti Mauri nomenque eius, itulo omittitur, MARTIN. Ea scripturae sacrae anda sibi delegit, quae ab aliis interpretibus non- tate, recteque explicata esse, sibi persuasit. Non- . lucem adtulisse atque ostendisse ingenium ac do- aud diffitendum est. **

§. XIV.

eraui interpretes, qui selectiora sacrarum lit- a eaque varia ac diuersa, cum prioris; tum oederis, exposuerunt. Accedo nunc ad eos, ita differunt, vt non generatim dicta singu- uius; siue illius sint argumenti; sed specia- iusmodi oraculorum diuinorum genera ex- In illis primum locum teneant, qui ad *di-* quemadmodum adpellantur, eam operam con- : ea non solum interpretarentur; sed etiam , quae dogmata fidei istis contineantur: qua- a insit probandi vis.

am hunc, quae nunc sequuntur, scripta referri

TIANI SCHMIDII *collegium biblicum*, Argen- CLXXI. MDCLXXVI. MDCLXXXIX. 4. Constat id dua-

* *[illegible]* MDCCVIII. *iul.* p. 49.
** *de Treuoux* MDCCXXX. *octobr.* p. 1844.

duabus partibus, quarum altera titulum prae se habet: *collegium biblicum prius* ac dicta sex et sexaginta veteris testamenti complectitur; altera autem inscripta: *collegium biblicum posterius*, sex ac quadraginta oracula diuina eiusdem testamenti exhibet. Opus est praeclarum atque iis, qui theologiae dogmaticae pariter atque exegeticae operam nauant, multum commendandum. Effata sacra secundum ordinem locorum theologicorum sunt disposita Schmidiusque, ut in aliis scriptis; ita in hoc quoque solidam atque adcuratam explicandi rationem sequutus est: *

IO. HENRICI MAII *dissertationes sacrae, in quibus selectiora veteris testamenti oracula secundum seriem locorum theologicorum explicantur*, Francofurti MDCXC. 4. et auctiores sub titulo: *theologia prophetica, ex selectissimis veteris testamenti oraculis, secundum seriem locorum theologicorum dispositis, in qua vsus philologiae in theologia amplissimus eiusdemque abusus nouorum criticorum dilucidatur* et βεβαιότερος λόγος προφητικὸς *solide firmatur: accedit eiusdem theologia Dauidis, theologia Iesaiana, Ieremiana, theologia prophetica ex vatibus duodecim minoribus*, Francofurti MDCCX. 4. Primum exhibentur tres dissertationes de canone veteris testamenti: deinde septem ac decem principalia dicta explicata ac denique theologia Dauidis, Iesaiae, Ieremiae ac duodecim minorum prophetarum, quae scripta antea separatim, tamquam disputationes academicae, in lucem prodierant. Liber hic cum industria ac iudicio conscriptus est ac multa complectitur, quae non solum ad eruditionem; sed etiam ad pietatem spectant; hanc autem ob caussam merito ad lectionem commendari debet. ** Referri et huc quodam modo potest eiusdem MAII *synopsis theologiae ex meris verbis christi*, MDCCVII. 4.

HENRICI HOEPFNERI *collegium biblicum*, post obitum eius cura *Io. Friderici Mayeri* luci publicae expositum, Gryphis-

* FABRICII *historia bibliothec. part.* IV. p. 68. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 1026.

** CLERICI *bibliotheq. vniuers. tom.* XIX. p. 480. *vnschuldige nachrichten*, 1710. p. 670. LILIENTHALII, *exegetische bibliothec* p. 1062.

Gryphiswaldiae MDCCIII. 4. Sequutus est auctor ordinem *hortuli biblici*, a SEBERO editi; non autem vltra quatuor priores fidei articulos progressus, quoniam aetatis illius tempestas alumnos electoris, in quorum gratiam recitationes susceptae erant, dissipauerat: *

FRANCISCI IVLII LVTKENII *collegium biblicum, secundum locos theologicos adornatum, das ist, die furnemsten glaubenslehren aus den bundigsten spruchen heiliger schrift, zur heilsamen erkäntnis vnd gewissen befestigung der göttlichen wahrheit den studiosis theologiae in einem priuat collegio furgetragen*, cum *Io. Fechtii* praefatione, Hafniae MDCCXV. iterum ibidem MDCCXXVI. MDCCXXXVII. 4. Praecipua dicta de dogmatibus fidei diligenter exponuntur haecque ex istis distincte ac perspicue enarrantur, inprimis quando doctrina controuersa est. Eas ob virtutes liber hic existimationem non mediocrem sibi conciliauit. Attamen quum ille post mortalitatem auctoris finitam lucem adspexit, nullum est dubium, quin politior ac perfectior prodiisset, vbi Lutkenius ipse ad eum edendum manus admouisset: **

FRIDERICI SAMVELIS ZICKLERI *ausfuhrliche erklärung der beweissprüche heiliger schrift in der dogmatischen gottesgelahrheit*, quatuor partibus, quarum prima ac secunda Ienae MDCCLIII. tertia eodem loco MDCCLV. ac quarta ibidem MDCCLXIV. 4. in conspectum publicum venit. Oracula diuina, quae enarrantur, non generatim tantum ad dogma fidei; sed speciatim quoque ad singularia illius capita spectant hancque ob rem numerus eorum maior est illo, qui in aliis huiusmodi scriptis habetur. Dicta ipsa diligenter atque adcurate in partes suas diuiduntur eorumque singula verba pariter ac res erudite ac perspicue explicantur. Ita opus hoc vsum praebet cum in dogmatica; tum exegetica theologia non mediocrem.

Sunt alia ingenii monimenta virorum doctissimorum, quae si non omni; quodam tamen iure ad locum hunc referri pos-

* MAYERI *elogium Haepfneri*, eius *isagogi ad salutarem usum coenae dominicae* praemissum p. 23. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 1027.

** LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 1028.

possunt, vti: ABR. CALOVII *apodixis articulorum fidei, solis sacrae scripturae locis credenda demonstrans*, Lunae MDCLXXXIV. 4. Vitembergae MDCXCIX. 4. liber perutilis ac CHRISTIANI EBERHARDI WEISMANNI *institutiones theologiae exegetico-dogmaticae*, Tubingae MDCCXXXIX. 4. quum illis scripturae sacrae dicta, quae ad dogmata probanda valent, explicantur, antequam doctrina ipsa tradatur. Is ab ordine iusto longe discedit, qui scripta de *oeconomiis diuinis* adnumerat, quoniam illa multis dei oraculis lucem afferunt. In oeconomiis his illustrandis singulare studium posuit IO. HENRICVS MAIVS atque hanc in rem duos vtilissimos libros iuris publici fecit. Alter est: *oeconomia temporum veteris testamenti, exhibens gubernationem dei, tum a mundo condito vsque ad messiae aduentum, per omnes etiam qui ebraei codicis libros secundum seriem seculorum et similitudinem rerum*, Francofurti ad Moenum MDCCVI. 4. atque *oeconomia temporum noui testamenti, exhibens gubernationem dei in ecclesia, ab aduentu messiae vsque ad finem mundi, per omnes sacri graeci codicis libros, qui simul strictim et breuiter explicantur*, Francofurti ad Moenum MDCCVIII. 4. quo praeclaro opere non solum ex libris sacris ordine chronologico recensetur ac monstratur luculenter, qualis in vtraque ecclesia, prioris ac posterioris foederis, gubernatio dei fuerit; sed etiam loca codicis diuini, quae obscura sunt ac dubia, adcurate exponuntur. * Alter inscriptionem praefert: *oeconomia iudiciorum diuinorum per omnes sacri codicis libros, secundum seriem seculorum et similitudinem rerum adornata et digesta*, Francofurti ad Moenum MDCCXII. 4. tribus partibus, et *oeconomia iudiciorum diuinorum sub nouo testamento, vel iam patratorum; vel adhuc exspectandorum, per omnes noui foederis libros adornata*, ibidem MDCCXVII. 4. duobus voluminibus, quod opus itidem omni laude dignum est. De iudiciis diuinis, quorum memoria litteris sacris conseruata est, deque eorum caussis, fine atque vtilitate auctor erudite, pie ac copiose disserit ac historias multas, vna cum dictis scripturae, quae ad ista spectant, ita illustrat

* FABRICII *historia bibliothecae part*. IV. p. 70. *vnschuldige nachrichten*, 1706. p. 314. [illegible] p. 765.

ſtrat atque exponit, vt ſimul interpretes eorum prauos refellat ac ſalutaria præcepta de ſtudio vitæ ſanctioris adiungat. * Apte, vti exiſtimo, addi poſſunt: GVIL. MOMMA *de varia conditione et ſtatu eccleſiæ dei ſub triplici œconomia patriarcharum ac teſtamenti veteris et denique noui libri tres, quibus plurima ſacrarum litterarum oracula, doctrina de teſtamentis et fœderibus dei, vmbra veteris teſtamenti eiusque a nouo differentia et memorabiles eccleſiæ caſus enarrantur,* quod opus iterum atque iterum litteris deſcriptum eſt. Prodiit illud in lucem Amſtelodami MDCLXXII. MDCLXXXIV. MDCXCIV. Francofurti MDCXCVIII. Baſileæ MDCCXVIII. 4. Multum ſe commendaſſe librum hunc; nec mediocrem exiſtimationem ſibi comparaſſe, editiones frequentiores comprobant. Recte quoque is in pretio habetur. Enarrat auctor œconomiam dei in eccleſia ab initio mundi vsque ad tempora poſt chriſtum et apoſtolos eius: conſtituit certas illius periodos: explicat ſingula rei capita erudite et diſtincte ac quamuis Cocceium fuerit ſectatus; moderatum tamen ſe præbet maxime in iis, quæ in diſceptationem venerunt. Quæ omnia quum ediſſerit Momma, non ſolum doctrinam de teſtamentis ac fœderibus dei illuſtrat; ſed etiam multa ſcripturæ loca obſcuriora, inprimis vaticinia explanat. Cauſſa igitur fuit, cur putarem, monimentum hoc ingenii a me non penitus prætermittendum eſſe. **

Inter ſocinianos fuerunt, qui cogitationes ſuas ad oracula diuina de trinitate conferrent; non eo autem conſilio, vt illa vere interpretarentur; ſed ad nefarium atque impium errorem ſuum ſtabiliendum peruerterent. In numero illorum eſt GEORGIVS ENIEDINVS, qui *explicationes locorum veteris et noui teſtamenti, ex quibus trinitatis dogma ſtabiliri ſolet,* reliquit. Lucem adſpexerunt illæ primum in Tranſiluania; proſcriptæ autem ibi non ſolum; ſed multa quoque earum exempla

* *vnſchuldige nachrichten*, 1712. p. 993. 1713. p. 506. et 1715. p. 708. *neuer bucherſaal der gelehrten welt volum.* II. p. 580. LILIENTHALII *exegetiſche bibliothec* p. 767.

** *acta eruditorum* MDCLXXXIV. p. 96. LILIENTHALII *exegetiſche bibliothec* p. 763.

IO. MEELFVHRERI *vindiciæ euangelicæ*, quarum decades quatuor in conſpectum publicum venerunt, Noribergæ ab anno MDCXVIII. 4. eiusdem *vindiciæ epiſtolicæ*, ſpeciatim epiſtolarum prioris ad Timotheum et ad Epheſios, ibidem MDCXXXI. 4. Vtræque vindiciæ oppoſitæ ſunt erroribus ac corruptelis aduerſariorum:

GEORGII KOENIGII *centuria vindiciarum ſacrarum, in qua difficiliora ſcripturarum loca veteris et noui teſtamenti illuſtrantur et a falſis interpretamentis vindicantur*, Altorfii MDCXXVIII. 4. Sequuta eſt editio locupletior, quæ CXX. loca ſcripturæ explanata complectitur, Noribergæ MDCLI. 4. Natum eſt opus hoc ex diſputationibus academicis, quibus auctor loca veteris ac noui teſtamenti, falſis aduerſariorum interpretationibus obnoxia, recte explicat atque defendit: *

PETRI HABERKORNII *vindicatio locorum ſacrorum veteris et noui teſtamenti*, contra Georgium Eniedinum, Gieſſæ MDCLVIII. 4. **

MATTHAEI WREN *adſertiones locorum aliquot ſcripturæ ſacræ, in catecheſi racouiana peruerſorum*, Londini MDCLX. Lugduni Batauorum MDCLXVIII. 4.

NICOLAI ARNOLDI *lux in tenebris; ſeu breuis et ſuccincta vindicatio ſimul et conciliatio locorum veteris et noui teſtamenti, quibus omnium ſectarum aduerſarii ad ſtabiliendos errores abutuntur.* Sæpius liber hic litteris deſcriptus eſt prodiitque Franeckeræ MDCLXII. MDCLXV. MDCLXXX. Lipſiæ MDCXCVIII. 4. Quum auctor id propoſitum ſibi habet, vt dicta codicis ſacri a peruerſis aduerſariorum interpretationibus defendat contra iudæos, pontificios, ſocinianos, remonſtrantes, etiam lutheranos, ille diſputat atque ea ediſſerit, quæ non contemnenda ſunt ac de eruditione iſtius teſtantur. Sed tamen liber ipſe cum iudicio legendus eſt ac quæ in eo vera: quæ falſa ſunt, diſcernere debemus. Pugnat enim Arnoldus vehementer pro dogmatibus reformatorum, ſpeciatim de prædeſtinatione, de gratia atque aliis: ***

* ZELTNERI *vitæ theologor. altorphinorum* p. 130. 133. LILIENTHALII *exegetiſche bibliothec* p. 1033.

** librum hunc recenſet LE LONG *bibliotheca ſacra* p. 760.

*** MAYERI *bibliotheca biblica* p. 124. ALETHAEI *berichte von commentariis uber die ſchrift part.* V. p. 339. LILIENTHALII *exegetiſche bibliothec* p. 1036. AKARDI *bibliotheca harmonico biblica* p. 58.

baptistas, lutheranos atque alios defenderet eaque explicaret veluti testimonia pro reformatorum dogmatibus: *

IO. GVIL. BAIERI, filii, *analysis et vindicatio illustrium scripturae sacrae dictorum, sinceram fidei doctrinam adserentium, secundum seriem locorum theologicorum ad mentem ac methodum Io. Musaei instituta*, duabus partibus. Prior cum praefatione pro Musaeo et Baiero, patre, contra Paullum Pomian. Pesarouium, prodiit Altorfii MDCCXVI. posterior autem ibidem MDCCXIX. 4. qui liber debita laude ornatur: **

IO. DANIEL. SCHWERDNERI *spicilegium philologico-theologicum*, Budissae MDCCXVI. 4. vbi auctor multa scripturae sacrae loca, quibus aduersarii, inprimis pontificii, ad errores suos stabiliendos abutuntur, a peruersa interpretatione vindicat eorumque tuetur auctoritatem: ***

LEONH. CHRISTOPHOR. STVRMII *erklärung derienigen stellen heiliger schrift, welche von spitzfündigen leuten angefochten werden und ohne rechtschaffene wissenschaft der physic und mathematic nicht gnug verwahret werden kœnnen*, Francofurti MDCCXIX. 8. cum *Io. Guil. Baieri* praefatione. Prima tantum pars harum expositionum in lucem prodiit. Spectat illa ad librum sacrum *geneseos* ac multa complectitur, erudite, perspicue atque vtiliter exposita; nonnulla autem tradita sunt, quae a veritate; saltem a probabilitate discedunt. *

Generis *posterioris* vindiciae locorum scripturae sacrae spectant ad *vitam* ac veram sententiam eorum oraculorum diuinorum ostendunt, quae homines impii tam peruerse intelligunt atque interpretantur, vt persuadeant sibi, se in illis veluti praesidium prauarum suarum cupiditatum ac vitiorum inuenisse. Ad huiusmodi scriptorum ordinem pertinent: PHILIPPI IACOBI SPENERI *sprüche heiliger schrift, welche von weltleuten mehrmal zur hegung der sicherheit und*

* LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 1028.

** ZELTNERI *vitae theologor. altorphinor.* p. 506. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 1111.

*** *vnschuldige nachrichten*, 1716. p. 121.

* *neue bibliothec volum.* VIII. p. 525. *volum.* IX. p. 82. 230. *vermischte bibliothec part.* XVII. p. 369. *vnschuldige nachrichten*, 1719. p. 674. 841.

wieder die so nothwendigkeit ; als moeglichkeit innerlichen vnd thätigen christenthums, misbrauc pflegen, kürzlich ; aber gründlich gerettet, Fr Mœnum MDCXCIII. 12. MDCCV. 12 MDCCXXXI. 8. GOTTFRIED. BALTHASAR *verkehrte bibel der gottlosen vber besondere bi eröfnet*, duabus partibus, quarum prior lucem dissæ MDCCXVIII. posterior autem ibidem 1 ROMANI TELLERI *misbrauch des göttlich fleischlichen sicherheit*, Lipsiæ MDCCXIX. 12. LILIENTHALII *gerettete spruche heiliger s* monte MDCCXXV. vbi epitome Telleri opuscu lo ante adduxi, exhibetur.

§. XVI.

Inter scripta exegetica locum et ea l *harmonica* adpellantur. In illis dicta codic quæ inter se pugnare videntur, ita explica teat, eorum non dissensionem; sed conc Prodierunt in lucem tot huiusmodi scripta do illorum fere sit innumerabilis; attamen est, ingenii monimenta nonnumquam hal monicis, quæ re ipsa talia non sunt. Diffe ter se, siue ad tractandi rationem, quæ a siue ad ipsa scripturæ loca enarrata animu velimus. Ad loca vbi respiciamus, tres cl rum harmonicorum constitui possunt, quar complectitur, quæ ad vniuersam scriptur recentiore ætate a lutheranis, reformatis composita.

De iis, qui antiquiore ac media ætate l conciliandis generatim operam dederunt, tace ab iis hanc in rem composita sunt, ingenii i interierunt; vel non magnum momentum hal nem, harmoniarum sacrarum propriam, min runt. * Eam ob caussam scripta generis hui

* disserit de illis ALARDVS *bibliotheca harmonico-*

rare constitui, quae recentiori tempore lucem adspexerunt. Primum locum iis tribuo, in quibus elaborandis *lutherani* operam suam posuerunt, vti sunt:

ANDREAE ALTHAMMERI *diallage, hoc est, conciliatio locorum scripturae, qui prima facie pugnare inter se videntur*, Norribergae MDXXVIII. 8. duabus partibus, quarum prior centum; posterior sexaginta loca complectitur. Primam editionem hanc plures aliae sequutae sunt, Noribergae MDXXIX. MDXXXII. MDXXXV. quae auctior est, titulo hoc in lucem emissa: *conciliationes locorum scripturae, qui specietenus inter se pugnare videntur, centuriae duae.* Praeter editiones has, aliae adducuntur eaeque: Noribergae MDXLII. MDXLVIII. MDLXXXVIII. Budissae MDLX. Lipsiae MDLV. MDLXI. Vitembergae MDLXVII. MDLXXXII. MDXCII. MDCII. MDCXII. 8. ac quam interpretationem nonnulli recensent, germanice, studio *Sebastiani Franckii*, Noribergae MDXXVIII. 8. Quum liber hic non solum saepissime litteris descriptus; sed etiam in sermonem germanicum conuersus est, ex eo indicium sumere licet existimationis non mediocris, quam ille sibi comparauit. Ac quamuis iste non plane sit egregius atque ita compositus, vt multum augeri atque emendari queat; laus tamen quam consequutus est, iure ei debetur, vbi rationes temporis superioris nostrique reputare velimus: *

LVDOVICI RABI *conciliationes locorum scripturae, specietenus pugnantium, ex libris Augustini collectae*, Argentorati MDL. Noribergae MDLXI. 8. duobus voluminibus:

IO. METTINGERI *harmonia in vtroque testamento; siue conciliationes eorum, quae in sacris bibliis sibi inuicem aduersa videntur*, Lauingae MDCI. 8. Prima tantum pars libri huius, vt videtur, in lucem prodiit:

IACOBI REINECCII *des alten vnd neuen testaments gleichheit vnd vergleichung*, Hamburgi MDCXII. 4.

MICHAELIS WALTHERI *harmonia biblica; siue breuis et plana conciliatio locorum veteris et noui testamenti, adparenter sibi contradicentium*, Argentorati MDCXXVI. Lipsiae MDCXXVIII. Rostochii MDCXXXI. 8. Noribergae MDCXXXVI.

 MDCXLIX.

* *vnschuldige nachrichten*, 1713. p. 737. REIMMANNI *catalogus bibliothec. theolog.* p. 327.

MDCXLIX. MDCLIV. MDCLXV. 4. MDCXCVI. fol. quae vltima editio, si inscriptioni fides habenda, prioribus locupletior et atque emendatior. Opus ipsum auctoris eruditionem atque industriam satis probat ac multa complectitur, quae interpretibus oraculorum diuinorum vtilitatem praebent non mediocrem. Attamen viri doctissimi non sine caussa iudicarunt, Waltherum numerum locorum inter se pugnantium praeter necessitatem auxisse ac pugnam statuisse, vbi sit concordia, id quod vitium est, quibusdam aliis huiusmodi scriptoribus commune: *

IO. THADDAEI *scriptura sacra, a se nec diuersa; sibi nec aduersa, hoc est, conciliatorium biblicum*, Francofurti MDXLVIII. MDCLXXXVII. MDCXCVI. 12. Amstelodami MDCXLVIII. MDCLIII. auctius Londini MDCLXII. fol.

IACOBI DORNKRELLII AB EBERHERTZ *biblia historico - harmonica; seu vniuersae scripturae tam veteris; quam noui testamenti series et ordo, consensus et concordia*, Luneburgi ab anno MDCLXXXIII. ad annum MDCLXXXVI. fol. Composuit *biblia* haec *harmonica* Dornkrellius, adiutus a filiis, *Henrico Georgio* et *Christiano Ludouico*. Exhibet ille totam scripturam sacram, ordine chronologico dispositam, vt statim adpareat, quo tempore quidlibet aut dictum sit; aut scriptum, ac consensus codicis diuini facilius perspiciatur. Opus est magno studio; nec inutiliter conscriptum; minus autem talem adcurationem atque ordinem praefert, qualem harmonia merito requirit. Certe multa in eo sunt confusa; nec semper debitum iudicium adhibitum esse, haud difficulter intelligitur. Raro illud in tabernis librariis inuenitur, eam ob caussam, quod auctoris sumtu litteris descriptum atque in lucem emissum est. Praemittitur dissertatio, quam IACOBVS DORNKRELLIVS sub *Io. Schomeri* praesidio defendit, de *studio harmoniae sacrae*: **

CHRI-

* LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 150.

** REIMMANNI *catalogus bibliothec. theolog.* p. 214. eiusdem *accessiones ad catalogum* hunc p. 126. *samlung von alten vnd neuen theolog. sachen*, 1732. p. 415. STRVBBERGII *praefatio harmoniae biblicae vniuersalis* p. 11. Conscripsit quoque DORNKRELLIVS *biblia dogmatico - parallela*; quae autem lucem haud viderunt. Leguntur de illis: *noua litteraria hamburgensia* MDCCIII. p. 358.

CHRISTIANI MATTHIAE *antilogiae biblicae; siue conciliationes dictorum scripturae sacrae, in speciem inter se pugnantium, secundum seriem locorum theologicorum in ordinem redactae*, Hamburgi MDCC. 4. quem librum *Io. Schelhammerus* ex codice, ipsius auctoris manu exarato, in lucem publicam emisit. Laudandus ille est atque ad vsum commendandus, quoniam multorum locorum, quae sibi contraria esse videntur, consensio feliciter monstratur: *

DAVIDIS HERMANNI *richtige harmonia vnd vbereinstimmung der spruche heiliger schrift*, Gorlitii MDCCV. MDCCVII. MDCCX. 8. tribus partibus. Auctor adsciuit sibi nomen *Bibliandri*; argumentum autem ipsum non plane adcurate beneque persequutus est, quum multa loca coniungere voluit, quae ipsa conspirant.

Composita quoque sunt a *reformatis* scripta vniuersae harmoniae sacrae lucemque adspexerunt publicam:

THOMAE BECONI *conciliatio locorum sacrae scripturae*, anglice, Londini MDLXIV. **

GVIL. PERKINSI *specimen digesti; siue harmonia bibliorum veteris et noui testamenti*, Cantabrigiae MDXCVIII. Hanouiae MDCII. MDCXI. MDCXIV. Londini MDCXXIV. 4. ***

HVGONIS BROVGTHONI *concentus sacrae scripturae*, qui ex sermone anglico in latinum conuersus cum BEROALDI *chronico* prodiit Hanouiae MDCII. Basileae MDCVI. Francofurti MDCVI. 4.

IO. SCHARPII *symphonia prophetarum et apostolorum, in qua ordine temporum seruato, loci sacrae scripturae, ad speciem pugnantes, conciliantur; nec non ad quaestiones chronologicas aliasque veteris testamenti respondetur*, Geneuae MDCXXV. MDCXXXIX. MDCLIII. MDCLXX. 4. duabus partibus:

SAMVEL. THORSELII; siue TORSHELLI, TORHELLI *design about disposing the bible into an harmony, or an essay*

* *acta eruditorum* MDCC. p. 22. ZELTNERI *vitae theologorum altorphinorum* p 163.

** exstat in eius *operibus*, quae anglice Londini MDLXIV. fol. prodierunt, duobus voluminibus.

*** locum quoque obtinuit in eiusdem *operibus*, quae in lucem emissa sunt cum anglice, Cantabrigiae ab anno MDCI. tribus tomis; tum latine, Geneuae MDCXI.

essay concerning the transposing the order of boocks and chapters of the holy scriptures, for the reducing of all into a continued history, Londini MDCLXI. fol. *

T. MAN *conciler of the bible inlarged, wherein the three tousend seeming contradictions through out of the old new testament are fully and plainly reconciled*, Londini MDCLXII. fol. vbi multa loca finguntur, quorum sit discordia: **

IO. LIGHTFOOTI *harmonia, chronica et ordo veteris testamenti, annorum obseruatio et digestio chronologica: librorum item, capitum, historiarum, prophetiarum, ceter. ordinata dispositio, prout naturalis et genuina chronologiae et historiae series requirit, addita ratione transpositionum textuum atque historiarum occurrentium*, vna cum multis obseruationibus, quibus loca difficiliora et vti videntur, inter se pugnantia, illustrantur pariter ac conciliantur. Addenda est quodam modo eiusdem: *harmonia quatuor euangelistarum, tum inter se; tum cum veteri testamento*. Vterque liber anglice ac latine separatim ac coniunctim cum aliis Lightfooti scriptis in lucem prodiit ac per eruditionem multum se commendauit: ***

IO. VAN BLEISWYCK *bybelbalance ende harmonie boeck*, Delphis MDCLXXV. 4. *

FRANCISCI RIDDERI *schriftuerlyk licht ouer schynstrydende, duystere en misduyde texten der heiligen schrifture*, Roterodami ab anno MDCLXXV. 4. quinque voluminibus. Eminet opus hoc inter scripta harmonica, quae reformati con-

* scriptum hoc translatum est in volumen, quod praefert inscriptionem: *the phenix, or a reuiual of scarce and valuable pieces*, Londini MDCCVII. MDCCVIII. 8. duobus tomis. Exstat ibi tom. I. p. 96. confer: *acta eruditorum* MDCCIX. p. 101.

** FABRICII *syllabus scriptorum de veritate religionis christianae* cap. XXIX. p. 533.

*** locum obtinuit in LIGHTFOOTI *operibus*, quae latine Roterodami MDCLXXXVI. fol. prodierant, tom. I. p. I. et 233.

* meminit libri huius LIPENIVS *bibliothec. theolog.* tom. II. p. 11 atque eumdem, vt videtur, ex illo adducunt: LE LONG *bibliothec. sacr.* p. 641. ALARDVS *bibliotheca harmonico-biblica*, p. 59.

conſcripſerunt ac iuris publici fecerunt, quum id non ſolum aliis copioſius eſt; ſed etiam maiore induſtria elaboratum. In eo tamen legendo iudicium adhiberi debet, vt vera ac falſa diſcernantur. Auctor iis locis inter ſe conciliandis interdum operam dedit, quae aperte conſentiunt; nec vllam pugnae ſpeciem prae ſe habent; praeterea autem vt dogmata eccleſiae ſuae; ſiue reformatae defendat, varia ſcripturae ſacrae dicta praue interpretatur: *

K. TOORNBVRGII *concordantia locorum diſſonantium ſacrae ſcripturae*, belgice, Alcmariae MDCXCV. 8. Adnumerari ſolet: NICOLAI ARNOLDI *lux in tenebris*, quem librum quum antea recenſui, nunc eum omitto.

Venio ad generis huius ſcripta, quorum *pontificii* ſunt auctores. Ad ordinem eorum pertinent:

HERMANNI BODII *vnio diſſidentium in ſacris litteris locorum, ex patribus collecta*, Coloniae MDXXVII. MDLIII. Baſileae MDLVII. Gallice quoque ac germanice illa prodiiſſe dicitur. Apud ſcriptores, qui libri huius mentionem faciunt, titulus eius varius eſt: **

DOMINICI DE BALTANAS *concordantiae plurimorum locorum difficilium hiſtoriae ſacrae*, lingua hiſpanica, Hiſpali MDLVI. 8. ***

SERAPHINI CVMIRANI *conciliatio locorum communium ſacrae ſcripturae, quae inter ſe pugnare videntur*, Pariſiis MDLVI. MDLIX. MDLXXVI. 8. duobus voluminibus. Antuerpiae ab anno MDLVII. ad annum MDLXI. 8. tribus voluminibus, ac reuiſa a *Leandro de ſancto Martino*, Duaci MDCXXIII. 8.

MARTINI BECANI *analogia veteris et noui teſtamenti*, Pariſiis MDCXX. MDCLIII. Moguntiae MDCXX. MDCLV. Londini MDCXXI. 8.

DOMINICI MACRI; ſiue MAGRII *antilogiae; ſeu contradictiones adparentes et conciliationes ſacrae ſcripturae, ab ipſo collecta*, Venetiis MDCXLV. MDCLIII. Pariſiis MDCLXV. MDCLXXV.

---

* LILIENTHALII *exegetiſche bibliothec* p. 1035.

** HENDREICH *pandectae brandenburgicae* p. 616.

*** ANTONII *bibliotheca hiſpan. nou. tom.* 1. p. 252.

MDCLXXV. MDCLXXXV. 12. Præter quas editiones, et aliæ memorantur. Non solum separatim *antilogiæ* hæ prodierunt; sed etiam auctoris fratrisque *hierolexico*, Romæ MDCLXXVII. fol. edito, subiectæ sunt:

HENRICI MAYERI *manuale biblicum, in quo scripturæ certa testimonia, quæ sibimet contradicere videntur, concordare docentur*, Friburgi MDCLIV. 12.

SEBASTIANI CAESAR. DE MENESES *veritas harmonica vtriusque testamenti*, Romæ MDCLXIII. 4. *

EMANVEL. FERDINANDI DE SANCTA CRVCE *antilogia vniuersa sacræ scripturæ*, Lugduni MDCLXXXI. fol.

IACOBI FABRI *conciliatio locorum sacræ scripturæ, quæ contradicere inuicem videntur*, Parisiis MDCLXXXIII. MDCLXXXV. 12. Librum hunc eumdem esse cum MACII *antilogiis*, paullo ante enarratis; FABRI autem studio locupletatum, nonnulli referunt:

IO. PONTASII *sacra scriptura vbique sibi constans; seu difficiliores sacræ scripturæ loci, in speciem secum pugnantes, iuxta sanctorum ecclesiæ patrum celeberrimorumque theologorum sententiam conciliati*, Parisiis MDCXCVIII. 4. Animus quidem auctori fuit, totius scripturæ sacræ consensionem ostendere omniaque eius effata, quæ contraria sibi esse videntur, coniungere; primus autem tantum operis huius tomus in lucem prodiit. Complectitur ille pentateuchum; siue loca, quæ in quinque libris Mosis veluti inter se pugnantia adparent. Multa libro hoc continentur eruditionis pariter ac industriæ documenta isque dignus est, qui in studio harmoniæ sacræ consulatur; attamen cum iudicio fieri hoc debet. **

Præter hæc, monimenta quædam harmoniæ sacræ vniuersæ, a scriptoribus ætatis mediæ composita, ad nos peruenerunt, quorum notitiam veluti adpendicem adiiciam. Exstant: *ἀντικείμενα*, siue *contraria in speciem vtriusque testamenti loca*, libris duobus. Editi illi sunt primum sine auctoris nomine, cura *Io. Alexandri Brassicani* ad calcem SALVIANI,

* ANTONII *bibliotheca hispan. nou. tom.* II. p. 224.

** BERNARDI *nouuelles de la republique des lettres* MDCXCIX. *februar.* p. 123. *history of the works of the learned* MDCXCIX. p. 63. *act. eruditor.* MDCC. p. 18.

VIANI, Basileae MDXXX. fol. ac cum HONORIO in *prouerbia et ecclesiasten* ab *Henrico Sachsio*, Coloniae MDXXXIII. MDXL. Parisiis MDLVI. postea autem in *bibliothecis patrum* * lucem viderunt, adscripti IVLIANO, episcopo toletano seculi septimi, a nonnullis falso *Pomerio* dicto. Sed de auctore res non expedita est sententiaeque scriptorum sunt variae. Alii BERTHARIVM, abbatem casinensem: alii RICHARDVM cluniacensem monachum: alii denique, vti iam memoraui, IVLIANVM toletanum ἀντικειμένων, quorum mentionem fecit, auctorem esse, arbitrantur. In discrepantia hac eorum sententia reliquis probabilior est, qui opus illud BERTHARIO tribuunt. Nititur ista testimoniis, quae fidem faciunt. ** Adduntur: IOACHIMVS calaber ob *concordiam veteris ac noui testamenti*, Venetiis MDXIX. 4. quinque libris ac HILDEBERTVS ob librum de *concordia veteris et noui testamenti*. ***

Ex *socinianorum* ordine FRANCISCO CVPERO locus inter scriptores hos tribuitur, quum ille *conciliationem locorum vtriusque foederis, quae contraria esse videntur*, reliquerit; non separatim autem ista in lucem prodiit. *

§. XVII.

Classis scriptorum harmonicorum *secunda* comprehendit ea, quae ita composita sunt, vt speciatim ad certos libros codicis diuini spectent. Differunt illa sique ad ipsos libros respiciamus, quorum loca sibi contraria esse videntur atque inter se conciliantur, duo sunt istorum genera. Alia pertinent ad vetus: alia ad nouum testa-

* *coloniensi* anni MDCXVIII. *tom.* XV. p. 95. *lugdunensi tom.* XII. p. 652.

** legantur hac de re: ANTONII *bibliotheca hispana vetus tom.* I. p. 307. CAVE *historia litterar. scriptor. ecclesiasticor. volumin.* I. p. 596. et *volum.* II. p. 44. FABRICII *syllabus scriptorum de veritate religionis christianae cap.* V. p. 260. ac *bibliotheca latina mediae et infimae aetatis volum.* IV. p. 584. LE LONG *bibliotheca sacra* p. 910.

*** luculenta editio *operum* eius studio *Bougendrii* prodiit Parisiis MDCCVIII. fol.

* locum obtinuit in *arcanis* eius *atheismi* p. 143. 283.

euangeliorum a calumniis hominum superstitiosorum defenderetur: *

HESYCHII συναγωγὴ ἀποριῶν καὶ ἐπιλύσεων, vbi loca nonnulla euangelistarum inter se conciliantur. Euulgauit illam *Io. Baptista Cotelerius* ex istius εὐαγγελικῇ συμφωνίᾳ, nec solum interpretationem latinam; sed etiam notas addidit. ** Adiungi solent: THEOPHILVS *antiochenus* atque EVSEBIVS; non sine caussa autem vtrumque praetermitto. Illum; siue THEOPHILVM harmoniam euangelicam composuisse, haud exploratum est; si autem et hoc pro certo adfirmetur, sane illa interiit. Idem constat de EVSEBII libris περὶ διαφωνίας εὐαγγελίων, qui memorantur, eos ab interitu se haud vindicare potuisse. Exstant quidem *canones* eius *euangelici*, saepius editi atque in varias linguas translati; non ita autem compositi sunt, vt scriptis harmoniae euangelicae iure adnumerentur.

Aetate media itidem fuerunt scriptores harmoniarum euangelicarum, ac quae illi composuerunt, ingenii monimenta conseruata sunt. Spectant huc:

PETRI COMESTORIS *historia scholastica*; siue librorum veteris et noui testamenti historicorum breuiarium, scholae vsu probatum, saepius edita ac nouissime Venetiis MDCCXXVIII. 4. Qua quum historiae euangelicae harmonia monstratur, caussa haec est, cur illa ad locum hunc referatur: ***

GVIDONIS TERRENI; siue PERPINIANI *quatuor vnum, hoc est, concordia euangelica in quatuor euangelistas, perpetuis in totam euangelicam historiam commentariis illustrata*, Coloniae MDCXXXI. MDCXLI. MDCXLVI. MDCLV. fol. Qui a nonnullis Guidoni tribuitur, liber de *vita et moribus christi*, * fortasse idem est cum eius *concordia euangelica:*

SIMONIS DE CASSIA; siue SIMONIS FIDATI opus in *quatuor euangelia de gestis domini saluatoris*, italice, Florentiae

* exstant in AVGVSTINI *operum tom.* III. *part.* 2. p. 1. edition. benedictin. antuerp.

** *ecclesiae graecae monimentor. tomo* III. p. 1.

*** CHEMNITIVS *prolegomen. harmon. euangelic. cap.* II. p. 6.

* apud ANTONIVM *bibliothec. hispan. veter. tom.* II. p. 107.

torum harmoniae euangelicae, qui aetate media
ii suppeditant atque a me iam memoratis adiun-
RIANVM scotum, PETRVM LOMBARDVM,
AQVINATEM, BONAVENTVRAM, IOANNEM
I, DOMINICVM NANVM MIRABELLIVM
; minus autem debita fide atque adcuratione.
n monimenta harmonica, quae illis tibuuntur at-
ntur, vel lucem nondum adspexerunt; vel dubia
d aetatem hanc minus pertinent; vel nullam com-
iarmoniam euangelicam.
d scriptores harmoniae euangelicae *recentiores*;
autem eos ac quae dederunt, ingenii monimenta
monendum est, istos diuersam rationem, euan-
concordiam monstrandi, iniisse. Alii in rectam
ingressi, sanctos viros eo ordine ac tempore fa-
a christi enarrasse, quo quaeuis contigerint, quum
historiae scribendae lex postulat, harmoniam ita
nt, vt omnia ab euangelistis tradita eodem or-
ista commemorantur, inter se conciliarent: haud
transponerent atque ita plures res, inter se di-
iberent. Alii putarunt, euangelistas sine ordine
rios suos scripsisse ac quae a christo gesta sint, ea
vel tardius recensuisse; in hanc autem opinio-
ti, in harmoniis suis ordinem, quo narrationes ab
factae sunt, neglexerunt: historias ex vno loco
nt in alium ac quum coniunxerint, quae separari
fieri aliter non potuit, quam vt huiusmodi har-
mplecterentur res pauciores, siue illae facta sint;
nes. Priore ratione, euangelistas conciliandi, pri-
eas Osiander vsus est eiusque exemplum postea
uius, Caspar Hermannus Sandhagenius ac non-
mitati sunt; posteriorem autem, non satis adcu-
rique adhibuerunt. * In conscribenda harmonia
Iii 2 euan-

---

sa ratione, euangelistas inter se conciliandi, exponunt:
i *notis in Casauboniana* p. 255. PRITIVS *introductione in*
noui testamenti p. 225. Methodus Osiandri non solum iis,
nentionem feci; sed etiam Molinaeo, Codomanno, Viuier
iam aliis se probauit.

tuor, graec et latine, in quibus c
tuor euangelistis ita in vnum est co
vllum omissum, nihil alienum immi:
tus, nihil non suo loco positum; omn
distincta sint, vt quid cuiusque euan
aliis et cum quibus commune sit, pr
hendere queas; item elenchus harm
vnus, Basileae MDXXXVII. fol. quae
tae eam sunt duae aliae: altera itidem
MDLXI. fol. altera latine tantum, L
Stephani, MDXLV. 12. * In lingu
nia haec a *Io. Schweinzero* translata
in lucem prodiit Francofurti MD
Osiander libro hoc sibi conciliauit c
monico meritus est. Quum enim
gressus est eamque conciliandi lege
vt ostenderet, seriem rerum, a chri
euangelistis, seruato temporis ordin
quidquam alieno loco positum, facile
drum suscepisse laborem magnum
Omnes historias, si tres excipiantur,
iunxit, quo istae a singulis euangeli
rarioribus liber hic adnumeratur: *

---

* ...ENIVS *animaduersion. historicae et ph*

PAVLLI CRELLII *monotessaron historiae euangelicae*, Vitembergae MDLXVI. 4. *vergleichung des euangelii iesu*, ibidem MDLXXI. 8. *

LAVRENTII CODOMANNI *harmonia euangelistarum, das ist, die historie vnsers lieben herren iesu christi, aus den vier euangelisten ordentlich zusammen gebracht, also dass von geschichten vnd worten nichts ausgelassen; sondern ein iedes an seinen ort vnd zur zeit, da es geschehen ist, treulich vnd fleissig gesezt wird*, Noribergae MDLXVIII. Francofurti MDLXXXVI. 4. qua auctor exemplum Osiandri quum sequutus est, historiam christi ex commentariis quatuor euangelistarum ita recensuit ac coniunxit, vt nihil rerum ac verborum omissum; quodlibet autem suo loco ac tempore, quo gestum est, diligenter positum sit:

CHRISTOPHORI FISCHERI *euangelische historienharmonie*, quatuor partibus, quarum prima prodiit Vlsenae MDLXXV. secunda ibidem MDLXXIX. tertia ibidem MDLXXXIII. quarta ibidem MDXCV. fol. id quod opus non tam historicum ac harmonicum est; quam homileticum atque orationes sacras complectitur. Eam ob caussam illud non omni iure ad locumhunc pertinet:

IO. AVENARII *harmonia euangelica; seu vita christi ex omnibus euangelistis*, Basileae MDLXXXIII. MDLXXXVIII. 12. germanice MDCXVI. 8.

GEORGII SIGELII *synopsis historiae iesu christi, quemadmodum Matthaeus, Marcus, Lucas descripsere, in forma tabulae proposita*, Noribergae MDLXXXV. fol.

THEODOSII FABRICII *harmonia euangelistarum metrica*, Vitembergae MDLXXXVI. fol. quae quum vna tantum plagula constat, nullam eius mentionem fecissem, nisi cogitassem, eam esse raram ac paucis cognitam: **

HENRICI BVNTINGII *harmonia euangelistarum*, quae edita memoratur germanice Magdeburgi MDLXXXIX. MDXCIV. MDCXII. MDCLXXII. fol. latine ibidem MDXCI. fol. suecice Holmiae MDCXVII. fol. In eo elaborauit auctor,

* CALOVII *prolegomena harmoniae euangelicae*, quae est in eius *bibliis illustratis noui testamenti tom.* 1. p. 13.

** *samlung von alten vnd neuen theolog. sachen*, 1745. p. 631.

vt calculum astronomicum ad historiam euangelicam appli-
caret, ac calendarium præmisit historicum: in annum na-
uitatis christi: in annum a natiuitate proximum: in annum
christi trigesimum: in primum annum ministerii christi: in
annum eiusdem ministerii secundum: in annum illius tertium
ac quartum. Non satis esse, putauit, si annos tantum ac
menses rerum, a seruatore gestarum, indicaret; sed etiam
hebdomadas et dies inquisiuit. At vero quamuis ille labo-
rem susceperit non leuiorem; fatendum tamen est, eum
coniecturis suis chronologicis nimium tribuisse: *

MARTINI CHEMNITII *harmonia quatuor euangelista-
rum*, ab illo; siue CHEMNITIO cœpta: a POLYCARPO
LYSERO continuata et a IO. GERHARDO ad finem per-
ducta. Postquam CHEMNITIVS opus perduxerat vsque
